Sine metropolis libro.7.cap.3.tabu.11.Asię
Sicum libro.2.capitu.16.tab.5.Europæ
Sarta insula libro.4.capitu.8.tabu.4.Affricę
Sabathra libro.4.capitu.3.tabu.2.Affricæ.
Hic sanctus Possidinus episcopus cū reliquijs beati Stephani prothomartiris curauit sacerdotem, mortuum suscitauit & Paganum baptizauit, qui vsq3 ad mortem ignorans latinum semper dixit, domine Ihesu accipe spiritum meum
Subur libro.4.capitu.1.tabula.1.Affricę
Sitici colonia libro.4.capitu.2.tabu.1.Affricæ
Hic passi sunt Marcellus & Centurio vice gerentes pręfectorum pretoris.
Sebennetijs libro.4.capitu.5.tabu.2.Affricæ
Syenes libro.4.capitu.5.tabu.3.Affricę
Sciathis libro.4.capitu.5.tabu.3.Affricę
Hic natus est didimus episcopus Alexandrię, a quinto anno natiuitatis suæ cecus & tamē in artibus liberalibus et sacra scriptura mirabilis.
Scardona libro.2.capitu.16 tabu.5.Europę
Hic anno domini.354.celebrata est synodus ycumenica.300.episcoporum, & professa fides catholica pronationibus mundi: sub imperatoribus Constantio & Constātino fratribus, in quo fuerunt Ianuarius Rauennēsis. Calopodius, Neapolitanus & Osius Eodubenensis. et alij legati apostolici.
Sidrona siue stridoni lib.2.cap.16.tabu.5.Euro.
Spoletium libro.3.capitu.1.tabu.6.Europę
Hic Concordius, Sabinus, Marcellus & Venustianus cum vxore & filijs, sub Diocletiano & maximiniano martirizati sunt.
Sena libro.2.capitu.1.tebu.6.Europę.
Hic sanctus Secundianus & Marcellinaus lecto dicto Virgilij (Nam noua ꝓgenies de celo mittitur alto) baptizati sunt.
Siracusę colonia libro.3.capitu.4.tabu.7.Euro.
Selenuntis libro.5.capitu.4.tabu.7.Europę
Secubia libro.2.capitu.5.tabu.2.Europę.
Hic inuentū est corpus sancti Vincentij quod proiectum fuerat in mare.
Salamantica libro.2.capitu.5.tabu.2.Europæ.
Hic est generale studium tocius hispanię translatum de Toleto propter ingentes ab vsiones quę ibi fiebant.
Sarta libro.7.capitu.3.tabu.11.Asiæ.
Hic incipit Chorizon per paradisum terrestrē.
Scennig libro.3.cap.5.tabu.moderna Liuonię.
Spira tab.moderna Frantiæ. Hic sanctus Cassius florentinus cum.12.alijs de legione thebea, consocij sancti Gereonis sub Maximiano martirizati sunt.
Scon siue Olbia quæ Boristhenes dicitur libro 3.capitulo.5.tabula.8.Europę.
Seruia siue dardania libro.3.cap.9.tab.9.Euro.
Septem castra siue Iazigum metanastes libro.3.capitulo.7.tabula.9.Europæ.
Septa siue exillissa ciuitas li.4.cap.1.tab.1.Affri.
Saltzpurga siue Gamanodura libro.2.capitu.13.tabula.5.Euroqæ.
Sberir siue marionis altera libro.2.capitu.10.tabula.4.Europæ.
Sundt siue Buritium ibidem.
Schmeben siue scrugum ibidem.
Sch uetz siue ascaulis ibidem.
Schenol siue Naualia ibidem.
Schbaburg siue Tuderium ibidem.
Schmidra siue schmedonū li.3.ca.9.ta.9.Euro.
Sinarum libro.7.capitu.3.tab.11.Asię.
Serica.libro.6.capitu.16.tabula.8.Asiæ.
Suastena hij & sagastes appellantur libro.7.capitulo.10.tabula.8.Asię.
Scithę libro.6.capitu.14.tabu.7.Asię.Et capi.15.tabula.8.Asiæ.
Sminophoros libro.6.capitu.8.tabu.6.Asiæ
Satyrorum insulę libro.7.capi.2.tabu.11.Asiæ
Sinde insulę ibidem.
Sabadirę insulę ibidem.
Sinus colchicus libro.7.capitu.1.tab.10.Asiæ.

T ANTE A H

TAPROBANA insula libro.7.capi.4.tab.12.Asiæ.
Tripolis libro.5.capitu.15.tabu.4.Asię. Hic Gloriosus Comes sancti Egidij Raymūdus, anno.9. post captam Iherusalem migrauit. Propter istam ciuitatē sancta Margaretha virgo sub Olibrio præside martirizata est.
Tharsos libro.5.capitu.10.tabula.1.Asiæ.
Ab hinc tres reges, stella duce venerunt ad christum cum muneribus, qui arguentes idolatriā, martirium susceperunt, quorum corpora primo Mediolanum, deinde Coloniam, tempore Federici imperatoris, translata sunt.
Trygliphon regia vel Trilingum libro.7.capi.2.tabu.11.Asiæ. Hic de cesarea palestinæ, per Andrinopolim ad mare ponticum applicat sanctus Thomas apostolꝰ & per Albamā ad regē Gundophorum palatium edificare promittens pecuniam pro edifitio acceptam, pauperibus largitur populum baptizat, ecclesias edificat, & fratrē regis mortuum resuscitat.
Gundophoro regi palatiū incelestibus promit-

tit.7000. virorum cum regibus baptizat & ecclesia sticorum ordinem per regnum instituit.
Tacula emporium libro.7.capi.2.tabula.11.Asię
Trauaxa li.6.capi.2.tabu.5.Asiæ. Hic crux boni latronis cum Cristo crucifixi.
Tenarium li.3.capi.6.tabu.10.Europæ.
Tagora libro.7.ca.2.tabu.11.Asię.
Trapezus libro.5.capi.6.tabu.1. &.3. Asiæ. Hic ad presens imperium christianorum. Sed turcę lamentabiliter obsiderunt anno dñi.1441.
Tanium libro.5.ca.4.tabu.1.Asiæ.
Thyatira li.5.capi.2.ta.1.Asię.
Troas alexandrina ibidem et tabula.9.et.10.Europæ. Hic nata est octaua Sibylla helespontica, in agro troiano nata vetula & antiqua veste rurali induta, capite ligato velo antiquo, sub gula circumuoluta vsq; ad scapulas quasi despectu, quam heraclides ita scripsisse fertur. De excelso celorum habitaculo prospexit deus humiles suos, & nascetur in diebus nouissimis de virgine hebrea in cunabulis terræ. Hic prędicauit Paulus apostolus, & adolescentem delapsum fenestra mortuum resuscitauit.
Tanais libro.5.capi.9.tabula.2.Asiæ.
Tudaca libro.4.capitulo.2.tabu.1.Aphricę. Hic Iosaphat, mortuo rege regnum suscepit derum imponit, & disposito regno & rege, ad heremū cōfugit & per tres annos ibidem ambulans Balaam in Sennar inuenit, & cum eo vsq; ad mortem habitauit.
Thabudis libro.4.capitulo.6.tab.4.Aphricæ.
Thonsoterum libro.4.capitu.7.tabu.4. Aphricæ. Hic sanctus Matheus apostolus suscitauit filium regis egipti Beor, & inde infra.xxx. dierū spatium mirabilis ecclesia construitur. Resurrectio appellata in qua .xxiiij. annis sedit apostolus prędictus.
Tagama libro.4.capitu.6.tabu.4.Aphricæ.
Tucca libro.4.capitulo.3.tabula.2.Aphricę. Hic ortus est Melchiades papa ante Siluestrum qui inhibuit ieiunare in die dominico.
Tingis cesarca libro.4.capitu.1.tabu.1. Aphricę
Tamusiga ibidem.
Thinites nemus & metropolis libro.4. capitu.5.tabula.3.Aphricæ. Hic sanctus Phileas nobili gener ortus, librum de laude martirum scripsit, quem Hieronimus inter illustres posuit, is cum Philoromo magistro militum sub Diacletiano martirizatus est.
Tisorgacum nauale libro.2.capitulo.8.tabula.3. Europæ.
Thebarum noemus & metropolis libro. 4. capitulo.5.tabula.3 Aphricæ.
Thebais ibidem. Hec ciuitas ægipti opulentissima.100.portas habuit, ex qua legio thebeorū militum orta est.
Tanis libro.4.capitu.5.tabula.3.Aphricæ.
Thebe libro.3.capi.15.tabu.10.Europę. Hic natus est Teophorus papa qui ordinauit in missa dici Gloria in excelsis deo.
Tessalonica libro.3.capitulo.13.tabula.10.Euro.
Tapbros libro.3.capitulo.6.tabula.8. Europæ. Hic ortum ceperunt Franci, tempore Valentiniani maioris imperatoris, sed locum & fidem in gallijs sub tiberio ceperunt.
Tamiraca libro.3.capitulo.5.tabula.8.Europæ.
Tridentum libro.3.capitulo.1.tabula.6.Europ. Hic. S. Symon puer a Iudeis afflictus est annū circa domini.1476.3.Idus Apprillis.
Tarracina libro.3.capitulo.1.tabula.6.Europæ.
Traiectum tabu.moderna Frantię. Hic sanctus Malebrordus primo. Deinde Bonifacius ecclesiam gubernarunt in Frisia & Vuestualia.
Tibur libro.3.capitulo.1.tabula.6.Europæ. Hic decima, Sibylla, Tiburtina dicta, nata est, cuius cōsilio Augustus christum adorauit, Sibylla tiburtina non multum senex veste rubea induta, super scapulas pellem hircinam habens, cappillis disco opertis simulachrum librum tenens in manu inquo scriptum ita. Nascetur christus in Bethleem, & annuntiabitur in Nazareth regente thauro pacifico, fundatore quietis / felix illa mater cuius vbera illum lactabunt.
Tauraniacus libro.3.capitulo.1.tabula.6.Euro.
Tauromenium colonia libro.3.capitulo.4.tabula.7.Europæ.
Tarracon libro.2.capitulo.5.tabula.2.Europæ.
Toletum ibidem. Hic ab anno domini.600. celebrata sunt decem cōcilia generalia, & publice professa est fides catholica pronationibus occidentalibus.
Taruanna libro.2.capitulo.8.tabula.3.Europæ. Hic Petrus archiepiscopus. Losannam visitans captiuos solo verbo liberauit. Et pergēs ad Heinricum regem anglorum in itinere multa miracula fecit.
Taruscon libro.2.capitulo.9.tabula.3.Europæ. Hic obijt Martha hospita christi, & sepulta per sanctum Maximinum equineum episcopum.
Tolosa colonia libro.2.capitulo.9.tabula.3. Europæ.
Turoentium ibidem.
Tullum libro.2.capitu.8.tabu.3.Europæ.
Treueris siue augusta triberorum libro.2.capitu 8.tabu.3.Europæ. Hic quiescit sanctus Mathias apostolus. Hic Nazarus de vrbe natus & celsus deburgundia venie̅tes belgas instruunt, ad Neronem in vrbem adducunt, sub quo naufragium passi martirizantur. Hic in cōlutilis toga Ihesu saluatoris & varię sanctorum reliquiæ.

Tornaice tabula moderna frantię.

Tunis siue tinissa li. 4. capitulo. 3. tabo. 2. Aphri.

Torga siue aregauia libro. 2. capi. 10. tabu. 4. Eu.

Tartaria siue taurica chersonesus libro. 3. capitulo. 6. tabula. 8. Europæ.

Troglodıtæ libro. 4. capitulo. 8. tabula. 4. Affricæ. & libro. 3. capitulo. 10. tabu. 9. Europæ. Nullarũ opum domini, strident magisq̧ loquũtur specus subeunt, alunturq̧ serpentibus.

Thratia libro. 3. capitulo. 11. tabulc. 9. Europæ.

Tylus insula libro. 6. capitulo. 8. tabula. 6. Asiæ

Tochari magnum genus libro. 6. capitulo. 11. tabula. 7. Asiæ.

V ANTE I·T·A

VINDELICIA libro. 2. capitulo. 15. tabula. 5. Euro.

Vtica libro. 4. capitulo. 3. tabula. 2. Aphricæ. Hic seipum necauit Catho magnus, cesarem fugiens.

Vaga libro. 4. capitulo. 3. tabula. 2. Aphricæ. Hic honoricus Vandalorum rex, dei iuditio percussus, quia tantos patres in Sardinia exulauerat, q̄ vermibus scaturiens miserabiliter interijt. Sed Hildericus eius successor Catholicus statum ecclesię Affricanę inmelius reformauit, quem belisarius Iustiniani imperatoris dux ampliauit, & Vuandalorum regnum extinxit.

Vliziburalibro. 4. capitulo. 3. tabula. 2. Affricæ. Hic sanctus proiectus episcop⁹ a dolore capitis ad tactum beati Stephani reliquiarꝝ, curatus est

Vulcani insula li. 3. capi. 4. tabula. 7. Europæ.

Vzanum libro. 4. capitulo. 3. tabula. 2. Aphricę.

Venusia libro. 3. capitulo. 1. tabula. 6. Europæ. Hic auditę sunt animę purgari, & inde commemoratio defunctorum a sancto Hugone abbate primo instituta est.

Venetia libro. 3. capitulo. 1. tabula. 6. Europæ. Huc anno domiui. 422. sub Leone magno imperatore translatum est corpus sancti Marci euāgelistę de Alexandria.

Vicentia libro. 3. capitulo. 1. tabulo. 6. Europæ. Hic sanctus Theobaldus decomitib⁹ trecacinis in castro galliarum Priuisno natus cum mature heremum incoluit & migrauit.

Verona ibidem

Vetugnium ibidem.

Vercelle libro. 3. capitulo. 1. tabula. 6. Europæ. Hic S.. Eusebius ep̄s nat⁹ in Sardinia, sub Diocletiano ab Eusebio papa baptizatus est.

Valentia libro. 2. capitulo. 5. tabula. 2. Europæ. Hic natus est sanctus Laurentius. Hic sanctus Valerius episcopus cæsar augustę & Vincentius diaconus passi sunt profide christi immanissima tormenta sub Diocletiano & Maximiano imperatoribus & Datiano preside.

Visontium libro. 2. capitulo. 8. tabula. 3. Europę

Vienna libro. 2. capitulo. 9. tabula. 3. Europæ. Hic sanctus Mamertus episcopus caput sancti Ferreoli inter manus sancti Iuliani martiris incorruptum inuenit.

Valentia colonia libro. 2. capitulo. 9. tabu. 3. Eu.

Vindinum libro. 2. capitulo. 5. tabula. 3. Europę

Vratislauia siue Budorgis libro. 2. capitulo. 10. tabula. 4. Europæ.

Vienna siue iulio bona libro. 2. capitulo. 14. tabula. 5. Europæ.

Vespinum siue pretorium ibidem.

Villacum siue vacorium libro. 2. capitulo. 13. tabula. 5. Europæ.

Vlma libro. 2. capitulo. 10. tabula. 4. Europæ.

Vssalia metropolis libro. 3. capitulo. 5. tabula Moderna Gottię.

Vicelenium libro. 3. capitulo. 1. tabula. 6. Europæ. Oppidũ quod multo et optimo vino abundat, compositum a vico & lenio, idest bacho & habet propinquum Cisteronem torrentem, distansq̧ a Placentia mille passibus.

Vetulę genu portus. libro. 4. capitulo. 5. tabula 3. Aphricæ.

Viterbia libro. 3. capitu. 1. tabula moderna Italię.

Vrbina tabula moderna Italię. Hic nata est sancta Lucia, quę conuertit regem Barbarorum anxonium

FINIS REGISTRI.

ERRO TOCI OPE

LAVRENTIVS FRISIVS LECTORI PIO.

ET NE ERRATA optime lector, tuo in codice diutius sustententur, neq; nos Lurista quidam Theoninus, inscitiȩ, negligentiȩue accuset. Collibuit nobis tandem totam editionem reuisere, & si qua manca, litterarum mutatione, inuersione, omissione, aut transpositione, emendare, emendataq; (vt euidentius appereant) fronti libri annectere, Ne quid legēti fastidium induceret, aut bonus ille Lurista retrorsum liuidos nobis dentes infigeret. Quemadmodum hunc fecisse constat, cum inuisa opera, suo iuditio contaminare tentauit. Oblitus ꝙ nec ipse Iotam in Ptolemȩo peruertere posset, quia neq; numerare neq; lineas ꝑtrahere didicit. Quod palam cōtuenti proximā Pto. excussionē se mōstrat. Vbi in. viij. libro Secunda Asiȩ tabula deest, Quis igiť declarabit parallelorum eiusdem tabulæ proportionem? nescio certe, fortassis in capitulo depurgādis cloacis, id querere asseruit bon⁹ ille Lurista Parce ergo, & siq̄ magis ꝙ decuit barbaro stilo tradidim⁹. Non oēs exotica posse vnguēta olere cōsidera. Vale.

Emendanda in hoc opere.

Europȩ post hinc tabulȩ in titulo linea. xvi. lege tabulȩ. x.

Abrauanni fo. 3. columna. 1. linea. 10. lege Abruanni, & rursus eadem linea ta. superuacuum.

Folio eodem eadem columna linea. 33. irrideus lege irridens.

Folio eodem columna. 2. linea. 3. Aduatiti lege Aduatici.

Folio eodem columna eadem linea. 5. cōiectiua lege coniectura.

Folio eodem columna eadem linea. 9. alludit lege allidit.

Folio eodem columna eadem linea. 23. martirum lege martirium.

Folio eodem columna eadem linea. 26. cicopli lege ciclopedes, & linea. 28. ciclopēdipus lege ciclopedibus.

Folio eodem columna. 3. linea. 26. de firenȩ lege de syrena. & linea. 27. Arrianus lege Arriani.

Folio eodem columna. 4. linea. 21. Satyta lege Satyra.

Folio eodem columna eadem linea. 47. tarentasl lege tarentasy, & linea. 61. Cinrume lege Cinerum, ibidem Peniui lege Pennini. Et linea. 63. Itatiam lege Italiā.

Folio. 4.

Col. 1. linea. 2. Sumas lege Summas.

Col. ea. linea. 8. Augustinensis lege Augustensis.

Col. 1. linea. 27. orbem lege vrbem.

Col. ea. linea. 29. Albanus lege Albana.

Col. 2. linea. 33. Siui lege sine, & linea. 54 allusione lege allisione.

Col. 3. linea. 45. prinatus lege priuatus.

Col. 4. linea. 7. Nicennam lege Nicenā.

Col. ea. linea. 48. volueri lege voluerit.

Folio. 5.

Col. 1. linea. 28. Antnates lege Antuates.

Col. ea. linea. 37. Ancanno lege Ancona.

Col. 2. linea. 4. Annrogrannū lege anurogrannium.

Col. ea. linea. 25. orientem componit, ecclesias, lege orientem, componit ecclesias

Colum. 3. linea. 13. pauperidus lege pauperibus.

Col. ea. linea. 35. Mirtha lege Mirrha.

Col. ea. linea. 46. Argentoracum lege argentoratū, & linea. 49. euinis lege cuiuis

Co. 4. linea. 19. Arabia petera lege petrea

Folio. 6.

Co. 1. linea. 23. Arubantiū lege arabantiū

Col. 2. linea. 31. regio lege regionem.

Colum. 4. linea. 5. Audomontimū lege Audomontinum.

Col. ea. linea. 21. ordinat lige ordinant.

Folio. 7.

Col. 1. linea. 12. Sed illi lege Sed illȩ.

Col. ea. linea. 45. Erigimā lege Eriginā.

Col. 2. linea. 3. martirum lege martirium.

Col. ea. linea. 31. ocanum lege oceanum.

ibidem linea. 39. vada lege vado.

Co. 3. linea. 26. Bamburga vel Gramonarium lege Bamberga vel Grauionariū.

Col. 4. linea. 33. domina lege dominia.

Folio. 8.

Col. 1. linea. 48. battani lege battanis.

Col. 2. linea. 47. ascribenpum lege ascribendum, & ibidem Maguntiā lege moguntiam.

Col. 3. linea. 6. Bithimia lege bithinia.

Col. ea. linea. 23. insulla lege insula.

Col. ea. linea. 28. Noricus lege Norica.

Col. ea. lin. 34. biturigo lege biturigon.

Col. 4. linea. 6. Bonnam lege bonna.

Col. 4. linea. 20. &. 22. boristenes lege cū h. boristhenes.

Col. ea. linea. 39. brendusium lege brundusium.

Folio. 9.

ERRO TOCI OPE

Columna.2.linea.4.fotini lege fontini.
Col.ea linea.20.cū.49.lege cū.49.virginibus.
Columna.2.linea.4.erariam lege ęrarium.
Col.ea.linea.51.cuiuis dux erat lege cui⁹ dux erat
Columna.4.linea.4.Donabij lege Danubij.
Folio.10.
Col.2.linea.20.olein romanis lege a Romanis.
Col.ea.linea.55.Valenti lege Valentio. ibidem linea.56.heresiarhuū lege heresiarcham. Arriam lege Arrium.
Col.ea.linea.58.Caturigibus lege Baturigibus. & ibidem linea.40.cincrum lege cinerum.
Col.3.linea.22.Valentiniani lege Valentiniano.
Columna.4.linea.20.femptem dormitēes lege septem dormientes.
Co.ea.linea.28.Ciremaica lege Cirenaica.
Columna.ea.linea.48.Clostermurenburg lege Closter Nüwenburg. Folio.11.
Columna.1.linea.30.Nonium lege Nouium.
Columna.2.linea.8.Yannenur.lege.Ycumenico
Co.ea.linea.25.Cristopherus lege Cristophor⁹
Colum.3.linea.9.ab integro lege ab eterno.
Columna.3.Retocis lege Retias.
Folio.12.
Columna.3.linea.25.euangelium lege euangelij
Co.eadem linea.38.Bicurdium lege Biturdiū ibidem linea sequenti,euersum est.e.dictione es sedones. Folio.13.
Columna.1.linea.1.Fortunę insulę lege Fortunate insulæ.
Columna.2.linea.42.taqula lege tabula
Co.3.linea.40.Calcedonensem lege calcedonēse
Co.4.linea.5.similitudinis lege similitudine.
Folio.14.
Columna.1.linea.46.velati lege velatę.
Columna.2.linea.1.actaunum lege arctaunum.
Co.4.cadē linea.4.monasteriū lege monasterio
Columna eadem linea.8.persedit lege pręsedit.
Co.eadem linea.51.Hiperbord lege Hiperborei
Ibidem linea.54.lenphana lege leuphana.
Col.4.linea.58.imparatoris lege imperatoris.
Folio.15.
Columna.2.linea.57.fotinus lege fontinus.
Columna.3.linea.4.ligintz lege lignitz
Columna eadem linea.7.seue lege siue.
Co.eadem linea.48.legionum septem germani ca brisce cinorum lege legio septima germanica brisbecinorum.
Columna.4.linea.44.apuli lege.apulię.
Co.eadem linea.47.Sarturnia lege saturnina.
Folio.16.
Columna.1.linea.31.His lege Hic.
Columna.2.linea.14.Monicū lege Monacum.
Folio.17.
Columna.1.linea.23.cinitas lege ciuitas.
Co.eadem linea.28.Nouidimū lege nouidunū.
Columna.2.linea.10.consimiliter lege quia ex nimia curiositate bis posita est ciuitas.Ibidē Neapolie lege Neapolis.Ibidem linea.12.iibro lege libro.Ibidem linea.13.calonia lege colonia.
Colum.ea.linea.21.Nubartha lege Nubertha.
Co.ea.linea.26.Nuiodunū lege nouiodunum.
Colum.ea.linea.27.capitulo dele vnum t.
Colum.ea.linea.36.Libyo lege libya.
Col.ea.linea.46.olonuntet lege olomuntz.
Col.4.linea.49.Flamanus lege Flauianus.
Folio.18.
Colum.1.linea.44.Leucodecta lege Leucotecia
Col.2.linea.3.paphagonia lege paphlagonia.
Co.ea.lin.54.pentadactibus lege pentadactilus
Columna.3.linea.19.pbasis lege phasis.
Colum.eadem linea.59.Rhodis lege Rhodus.
Columna ea.linea.54.hic proppe lege prope.
Columna.4.linea.2.camtra lege camera
Columna eadem linea.22.Nuc lege nunc
Columna eadem linea.35.575.fundauit lege.575 ecclesias fundauit. Folio.19.
In titulo lege.19.folio pro.22.
Columna.2.linea.19.ipse lege ipsum.
Columna.4.linea.46.Albamā lege Albaniā.
& ibidem linea.51.intercapedo est quę nihil debet esse, nā sequēs linea contigua huic esse tenet
Tab.8.Asiæ. Folio.2.linea.26.cutello lege cultello.Ibidem linea 29.Vestitutu lege vestitu.
Tabu.1.Euro. Co.2.lin.16.inaiamā lege maximam. Tabula.2.Europæ.
Co.1.li.15.quiam lege quam. Tab.4.Euro.
Folio.2.linea.5.nititissimis lege nitidissimis.
Ta.7.Euro. Folio.1.co.1.li.9.quem lege quā.
Tabula.2.Aphricæ
Co.1.li.29.deim lege diē. Tabu.4.Affri.
Folio.2.linea.12.instruunturo lege instruuntur.
Eadem folio li.22.vt minimū lege ad minimū.
Tabula.1.Asiæ.
Folio.2.co.1.linea.12.ab ortum lege ad ortum.
Tabula.3.Asiæ.
Fo.2.lin.1.innocuit lege innotuit. Ta.6.Asię.
Fo.2.linea.2.criminibus intonsi lege crinibus.
Ibidem linea.12.bouese,quis lege boues,equis.
Tabula heluetiorum.
Folio.2.linea.8.fuernnt lege fuerunt.
Tabula neoterica Candiæ.
Folio.1.linea.11.celsissimois lege celsissimo.
Errata in Introductorio.
Folio.1.latere.2.linea.6.lieneis lege lineis.
Folio.3.latere.2.li.19.verticalis lege verticalis.
Folio eo.late.eo.col.2.linea.18.Qoud lege quod
Ibidē linea.22.erauerit,quod lege erauerit,qd.
Folio.4.co.1.lin.24.peruenīūt lege prouenīunt.
Finis error℞.

Hosted by Google

DIRECTORIVM GENERALE SINGVLORVM CAPITVM OCTO LIBRORVM PTOLEMAEI.

LIBER I.

1 IN QVO differt Geographia a Corographia
2 Quæ ad Geographiam præsupponenda sint.
Quomodo ex stadiorũ dimensione cuiuscunq; rectæ distantię, licet non sit sub eodẽ meridiano, mensura ambitus terrę sit percipienda, & contra.
4 Quod obseruata ex superioribus preponenda sint noticię peragrantium.
5 Quod recentioribus historijs credendũ magis sit, ob mutationes quę diuersis temporibus in orbe contingunt.
6 De editione geographię Marini.
7 Emẽdatio latitudinis marini ab obseruatione superiorum.
8 Eadem emendatio ab itinerum peragrationibus.
9 Eadẽ emendatio a nauigationibus factis
10 Quod non ponendi Aethiopes sint magis australes q̃ parallelus oppositus parallelo per Meroen.
11 Quæ de longitudine a Marino male tradita sint.
12 Emendatio longitudinis nostrę habitabilis a peragrationibus.
13 Eadem emendatio a nauigationibus
14 De nauigatione ab aurea Chersoneso ad Cattigara.
15 De his quæ in expositione particulari Marinus assentitur.
16 Quod quædam prætermisit de regionum finibus.
17 In quibus etiam Marinus dissentit ab historijs nostri temporis.
18 De incommoditate qua Marinus vsus est in designatione orbis.
19 De commoditate nostri operis in designatione orbis.
20 De inæqualitate dimensionis tabulę Marini.
21 Quę seruari oportet ad designationem orbis in plano.
22 Quomodo habitabilis nostra in sphæra designanda sit.
23 Expositio meridianorum & parallelorum in orbe designandorum.
24 Qualiter in plano terra designatur sphærico coequalis.

LIBER II.

1 PROLOGVS Generalis Auctoris ad particulares libros subsequentes.
2 Iberniæ Britanicę insulę situs. Europ. tab. 1.
3 Albionis Britanicę insulę situs. ea. tabula
4 Ispanię situs. tab. 2. Euro
5 Lusitanię Ispanię situs. eadem tabu.
6 Tarraconensis Ispanię situs. ea. tabu.
7 Celtogalatię, siue Gallię Aquitanię situs. tabula. 3. Euro.
8 Lugdunensis situs. ea. tabu.
9 Belgicę situs. eadem tabula
10 Narbonensis situs. ea. tabu.
11 Germanię situs. ta. 4. Europę.
12 Rhętię situs. ta. 5. Euro.
13 Vindelicię situs. eadem tab.
14 Norici situs. ea. tab.
15 Pannonię superioris situs. ea. tabu.
16 Pannonię inferioris situs. ea. tabu.
17 Illiridis & Dalmatię situs eadẽ tabu.

LIBER III.

1 ITALIAE situs Tabula. 6. Europę.
2 Cyrni insulæ situs. eadem tabula.
3 Sardiniæ insulę situs tabula. 7. Europę
4 Sicilię insulę situs eadem tabula.
5 Sarmatię situs. tabu. 8. Europę
6 Tauricę Chersonesi situs. ea. tabula.
7 Iazigum metanastarũ situs. tab. 9. Euro.
8 Dacię situs. eadem tabula.
9 Mysię superioris situs. eadem tabula.
10 Mysię inferioris situs. eadem tabula.
11 Thracię situs. eadem tabula.
12 Chersonesi situs. eadem tabula
13 Macedonię situs. tabu. 10. Europę
14 Epiri descriptio. tabula. 10. Euro.
15 Achaiæ & Euboię situs. eadem tabu.
16 Peloponesi situs. eadem tabu.
17 Cretę insulę situs. eadem tabu

LIBER IIII.

1 MAURITANIAE tingitanicæ situs. tabu.i. Aphricæ
2 Mauritaniæ cæsariensis situs. ea.tabu.
3 Aphricę situs. tab.2. Aphricæ.
4 Cyrenes situs tabula 3. Aphricæ.
5 Marmaricæ Libyæ & totius Aegypti descriptio: ea.tabu.
6 Libyæ interioris descriptio. tabu. 4 Aphricæ.
7 Aethiopiæ quæ sub Aegypto est descriptio eadem tabu.
8 Meroes insulæ situs, ea.tabu.
9 Aethiopiæ interioris situs ea.tabu.

LIBER V

1 PONTI & Bithyniæ situs. tab.1.Asiæ
2 Asiæ propriæ & Phrygiæ situs. ea.tab.
3 Lyciæ situs ea.ta.
4 Galatiæ situs & Paphlagoniæ: ea.tabu.
5 Pamphyliæ situs. eadem tabula.
6 Cappadociæ situs: ea.tabu.
7 Armeniæ minoris situs ea.tabu.
8 Ciliciæ situs. ea.tabu.
9 Sarmatiæ asiaticæ situs. tab.2.Asię.
10 Colchidis situs. tab.3.Asię
11 Iberiæ situs. ea.tabu.
12 Albaniæ descriptio. ea.tabu.
13 Armeniæ maioris situs. ea.tabu.
14 Cypri insulæ situs. tab.4.Asię
15 Syriæ & Phæniciæ descriptio ea.tab.
16 Palestinæ Iudææ situs ea.tabu.
17 Arabiæ Petrææ situs. ea.tabu.
18 Mesopotaniæ situs. ea.tabu.
19 Arabiæ desertę situs, ea.tabu.
20 Babyloniæ situs. ea.tabu.

LIBER VI

1 ASSYRIAE situs tabula.5.Asię
2 Mediæ situs eadem tabula.
3 Susianæ descriptio: eadem tabula
4 Persidis situs: eadem tabula.
5 Parthię situs. ea.tabu.
6 Carmaniæ desertæ situs ea.tabu.
7 Hyrcaniæ situs. ea.tabu.
8 Arabię fælicis. tab.6.Asię
9 Carmanię situs. ea.tabu.
10 Margianę situs. tab.7.Asię
11 Bactrianę situs. ea.tabu.
12 Sogdianorum situs ea.tabu.
13 Sararum situs. ea.tabu.
14 Scythiæ intra Imaũ montẽ ea.tab.
15 Scythiæ extra Imaũ montẽ tab.8.Asię
16 Sericæ situs. ea.tabu.
17 Ariæ situs. tab.9.Asię
18 Paropanisadum situs ea.tabu.
19 Drangianæ situs. ea.tabu.
20 Arachosiæ situs. ea.tabu.
21 Gedrosię situs. ea.tabu.

LIBER VII

1 INDIAE intra Gangẽ fluuium situs. tabula.10.Asię.
2 Indię extra Gangem descriptio. tabula 11. Asię.
3 Sinarum descriptio eadem tabu.
4 Taprobanę insulę situs. tab.12.Asię
5 Sũmaria descriptio tabulę nostri orbis
6 Circularis sphęrę cum habitabili terra descriptio.
7 Epilogus pręfatę extensionis.
Octauus Liber tabularum directiuus est

CLAVDII PTHOLOMEI VIRI ALEXANDRINI GEOGRAPHIAE LIBER PRIMVS INCIPIT.

In quo differat Geographia a Corographia.

CAPITVLVM ·I·

GEOGRAPHIA, imitatio est per designationem totius cogniti orbis, cum his quæ fere vniuersaliter sibi iungunt. A Chorographia hęc differt. Nã Chorogra. particularius a toto loca abscindens, per se de quolibet ipsorum agit, describens ferme singula: etiã minima cõceptorum a se locorum: quemadmodum portus, villas, vicos fluuiorum, scissiones, ac huiusmodi. Geohraphię autem proprium est: vnam eandemq; habitabilem terram nobis cognitã, ostendere quomodo natura situq; se habeat: circaq; ea tantum intendit, quæ per descriptiones orbis magis generales sibi iungnntur: veluti circa maiora oppida, magnas ciuitates, mõtes etiam, fluuiosq; insigniores. Præterea circa ea omnia quæ iuxta quamlibet speciem maiori notã digna sunt. Finis Chorographię ẽ, partem totius sigillatim animaduertere: ut si quis aurem tantũ aut oculum pingat. Geographiæ vero totum inspicere iuxta proportionem: vt si integrum quis caput designaret. Integris enim imaginibus cũ oporteat potiora mẽbra primũ adhiberi: deinde ea quæ imagines picturasq; suscipiunt: ita ęqua dimensione inter sese locari: ut ex iusta distantia visu possint discerni, an totum, seu pars sit illius quod pingitur. sequitur nõ indigne, nec pręter rem: Chorographię quæcunq; etiam minima proprietatum, Geographię vero regiones ipsas, cum his quæ generalius sibi adnectuntur proprium esse tribui Nam potiores nostræ habitabilis partes quæ æqua dimensionum proportione notabũtur, prouintię siue regiones sunt: & harum priora habentur membra, differentię magis insignes quę in ipsis regionibus sunt. Versatur autem Chorographia ꝗ̃maxime circa quale magis, ꝗ̃ circa quantum corũ quę describuntur. Circa enĩ pingendi similitudinẽ omnino vertitur: cura situũ ꝓportionũq; dimissa. Geographia vero magis ad quantitatẽ ꝗ̃ qualitatẽ intẽdit. Nam de proportione distantiarũ animaduertit in oĩbus: de pingendi vero proprietate non nisi solum in imaginibus maiorum descriptionum. Vnde Chorographia pictura eget: nullusq; eã rectę cõponet nisi homo pictor. Geographia autem non idem expostulat. Nam poterit quis per puras lineas nudasq; denotationes loca figere, ac figurationes generales inscribere. Quare illi mathematica opus non est: sed Geographię ea potior pars. Cõtemplari enim in hac oportet totius orbis magnitudinem & formam. Prętcrea situs ad totum orbem: ut fas sit partem conceptam qualis & quanta sit dicere: & sub quibus cœlestis sphęrę parallelis locetur. Vnde de dierum ac noctium magnitudine, de fixis quę supra verticẽ nobis sunt, de stellis quę supra horizontem semper feruntur, de his quę perpetuo non nobis oriũtur, de omnibus deinde quę ad rationem habitationum nostrarum spectant differere poterit. Quę humanis ingenijs mathematico iure demonstrari altissimum atq; pulcherrimum est. vt cœlũ ipsum natura se habeat: cum veluti ambiens non ostendi possit: ut terram ipsam per imaginem intueri valeamus: quę cum certa & maxima sit: neq; vel tota vel pars nos circũambiat ad eisdẽ quibus cœlum peragrari potest.

Quę ad Geographiam pręsupponenda sint.

CAPITV ·II·

QVis Geographiæ finis, & in quibus a Chorographia differat, strictim in prioribus annotatum sit. Cum autem in presentiarum propositum sit: habitabilẽ nostri orbis describere ꝗ̃ maxime fieri possit intra sese ęqualem: necesse arbitramur in exordio hęc pręponere. Quod huius rei primum est, historia peragrationis: plurimam noticiam nacta ex illorum traditione, qui diligentissime regiones quasq; explorauerũt: quodq; huiusce animaduersionis atq; traditionis. ad geometricam hoc, illud ad obseruationem fixarum pertinet. Quod geometricum est, per puram dimensionem distantiarum ostendit qualiter loca inter sese sint sita. Quod ad superiora refertur, eorundem locorum positiones per fixas docet cũ

anstrolabicis et ✝ sciothericis instrumentis. Idq; certum quidem est nec in aliqua re anceps. Aliud vero genus & imperfectius, & altero eget. Nam primo cum necesse sit vtroq; in modo præsupponi ad quem situm duorum locorum distãtia vergat (non enim solum scire oportet quãtum hic locus ab illo distet: sed versus quam cœli plagam: hoc est an ad septentrionem, seu vt ita loquamur ad solis ortũ: aut alias particulares in clinationes) impossibile est hoc cõsiderare diligẽtius absq; dictorum instrumẽtorum ope. Ex ipsis enim omni in loco, omniq; tempore facile inueniri potest linea meridiani: perq; hanc distantiarum peragratarum noticia. Deinde hoc etiam dato: dimensio quæ fit ex numero stadiorum, nobis certam noticiam haud praebet: ob itinera, quæ raro recta sunt: diuersionibus multis terra mariq; ita actis, vt opus sit ex terrestri itinere secundum qualitatem & quantitatẽ distantiarum obliquarum id quod rectum iter excedit coniectare: atq; e stadiorum summa minuere vt recta via inueniatur. Quod etiam in nauigationibus ea ex causa contingit: & ex ventorum pariter flatu per totum iter cum æqualitate minime seruato. Præterea & si eorum locorum distantia diligenter habita est: nõ tamẽ habetur ratio ad totum terræ ambitum: neq; capiatur situs eiusdem ad æquinoctialem circulum, vel ad polorum situm. Distantia autem quę ex obseruatione superiorũ acquiritur, horum quodlibet diligẽter ostẽdit. Preterea quãtas circumferentias vicissim circuli, paralleli, meridianiq; qui per loca ipsa sunt descripti intercipiunt: hoc est, quales circumferentias in meridionalibus paralleli, & æquinoctialis intercipiunt: quales ve in parallelis, & in æquinoctiali meridionales. Deinde docetur quotam partem occupent ipsa duo loca circumferentiæ maximi circuli, qui per eadem in terra circumscribitur. Quæ dimensio parta ex superioribus stadiorum numeratione non eget: habita ratione partium terrę ad totius descriptionis ambitum. Nam sat est, circulationem ipsius terræ supponere tot esse partium quot libuerit: & harum totidem contineri a distantijs prænotatis in circulis ipsius terræ maximis. Sed ad diuidendum totum terrę ambitum aut ipsius partes in distantias nostris stadiorum dimẽsionibus notas, hæc æque non sufficit. Quare ob hoc solum necesse fuit quandam rectam in terra distantiã alicui circumferentiæ maximi cuiusdam cœlestis circuli adaptare: & ex fixis habita huius proportione ad totum circulum: ac percæpto numero stadiorũ ipsius partis, seu datæ in terra distantiæ, poterimus totius orbis ambitum per stadia metiri. Concessum enĩ cum sit ex mathematicis demonstrationibus: totius terræ & aquæ superficiem ad totum spæricam esse: & idem centrum cum spæra cœlestium habere: & quod plana quælibet quæ per centrum emittitur, in communibus sui & ipsarum cœli terræq; superficierum sectionibus maximos circulos faciunt: quodq; eorundem planorum anguli qui circa centrum sunt, circumferentias circulorum ipsorum interceptas eiusdem vnius rationis efficiunt: sequitur distantiarum quas in terra suscipimus quantitatem quippe stadiorũ (si distantiæ rectæ sint) ex dimensionibus posse percipi: rationem vero ab eisdem stadijs ad totum terræ ambitum minime inueniri: quia nulla ad totũ proportio hinc dari potest. A simili autem circumferentia cœlestis circuli datur. Nam cœlestis circumferentiæ ratio in propria totius terræ circulatione capiatur: eademq; ratio est similis portionis in circulo terræ, quæ ad maximum ipsius circulum.

✝ Sciotheres est figura pyramidis ex quaternis triãgulis constans rectũ ambientibus angulum trianguli: quo meridianum capimus.

Quomodo ex stadiorũ dimensione cuiuscũq; rectæ distantiæ, licet non sit sub eodem meridiano, mensura ambitus terræ sit percipienda: & contra.

CAPITVLVM III

PRiores non tantum rectã quærebant distantiam in terra vt circumferentiam maximi circuli captarent: sed etiam quæ situm teneret in plano sub vno ipso meridiano. Vnde per instrumenta quæ diximus, obseruantes puncta quæ supra verticem erant vtriusq; finis distantiæ datæ: ex his signis per interceptam meridiani circumferentiam, sub æqua proportione distantiam in terra notatam habebant. Nam vt dictum est: signa præfata in vno plano assumebantur: & lineæ transeuntes per extrema distantiæ, ad puncta quæ supra verticem erant necessario concurrebant: et huius concidentiæ punctus communis circulorum ipsorum erat centrum. Quota ergo pars circuli per polos descripti videbatur intercæpta ab vtroq; puncto supra verticem assumpto: totã esse constabat circumferentiam ad totum terrę ambitũ.

Sed si huiusmodi distantia non est sub circulo per polos descripto, sed sub alio quolibet maximorum: idem ostendi potest: obseruatis pari modo eleuationibus poli in terminis ipsius distantiæ: et animaduerso simul situ quem habet ipsa distantia ad alterum meridionalium. Quę plane demonstrauimus nos per instrumentum meteoroscopium: quod ad obseruationem vmbrarum struximus: quo multa etiam alia expedite captamus vtilissima. Nam vnoquoque die nocteque, vel pro loco obseruamus Borei poli eleuationem: singulis vero horis positionē meridianam: ad ipsamque transitus habemus distantiæ datæ: huiusque dimensionem hoc est quales facit angulos maximus circulus descriptus per lineam distantiæ cum circulo meridiano iuxta punctum qui supra verticem est. Ex quibus & quæsitam circumferentiā per ipsum instrumentum ostendimus: & circumferentiam æquinoctialis a duobus meridianis interceptam: si paralleli alij sint quam æquinoctialis. Vnde iuxta demonstrationem hanc si metiemur vnam solam rectamque in terra distantiam: numerus stadiorum totius ambitus terræ inueniri potest. Perque autem hoc reliquum est: vt & omnium cæterarum distantiarum dimentio (licet rectæ omnino non sint: neque ab eodem meridiano aut parallelo percipiatur) eleuatione poli, & inclinatione distantię ad meridianum diligenter seruata: contra enim per rationem circumferentię ad maximum circulum stadiorum numerus facile haberi potest, a cognita circulatione totius terræ.

Quod obseruata ex superioribus præponenda sunt noticiæ peragrantium.

CAPUT IIII

His igitur sic habitis: qui regiões sigillatī circū ambulauere, si huiusmodi obseruationib⁹ vsi fuissent: omnino certam descriptionem nostræ habitabilis facere potuissent. Sed cum solus Hipparcus paucarū admodum ciuitatum / pro earum copia quæ in Geographia notantur, eleuationes poli arctici nobis tradiderit: ac loca perpauca sub eisdem sita parallelis notauerit. Aliqui vero post ipsum quędam retulerint locorum oppositorum: non tamen quæ æqualiter distarent ab æquinoctiali / sed simpliciter sub eisdem sita meridianis: id sumētes ex nauigationibus vel borea vel austro secundo factis: quāplures autem distantiarum præsertim quæ ad ortum solis / siue ad occasum vergerent: cōceptæ fuerint ex generali quadam traditione, non ex auctorum ipsorum ignauia: sed quod nondum diligentioris mathematicæ vsus foret. Præterea quia nō multi defectus lunares in eodem tempore diuersis in locis tunc obseruati fuerant: quemadmodum eclipsis illa quæ in Arbelis sub hora quinta / in Carthaginæ vero sub secunda notata fuit: ex quibus videri posset: quot horis æquinoctialibus seu quot temporum spacijs loca inter sese distarent ad ortum solis, vel ad occasum. Aequū quoque est descripturum Geographiam, quæ nouerit diligentiori obseruatione notata, tanquam operis sui fundamenta præponere: alia autem a cæteris tradita his adaptare: quousque ipsorum inuicem situs quāmaxime fieri possit cum primis traditionibus certiores inueniantur.

Quod recentioribus historijs credendum magis sit: ob mutationes quæ diuersis temporibus in orbe contigunt.

CAPUT V

Initium nostrę descriptionis his prælibatis sic ęque haberi poterit. Sed cum loca omnia, quæ aut ob infinitam eorum magnitudinem, aut quia non semper eodem modo sese habent, non omnino satis explorata sunt: & diuturnius tempus eorum noticiam semper certiorem faciat: circaque Geographiam hoc animaduertendum videtur. Cum concessum sit ex traditionibus vario in tempore æditis: non vnas nostri continentis partes, ob excessum suæ magnitudinis, nondum ad nostrā peruenisse noticiam: aliquas vero non quemadmodum sese habent, ob peragrātium negligentiam nobis minus diligenter traditas, alias autem esse quæ nunc aliter quā hactenus sese habent, siue ob corruptiones, siue ob mutationes: in quibus pro parte corruisse cognitæ sunt. Necesse nobis sit, ad nouas temporis nostri traditiones magis intendere, librādo tamen in expositione illorum quæ nunc tractantur, & in selectione eorū quæ hactenus tradita fuerint: quid sit, quid ue non sit credendum.

Digitized by Google

CAPVT VI

MArinus igitur tyrius / tempeſtatis noſtræ Geographorum poſtremus, ſummo videtur ſtudio huic materiæ ſe intuliſſe. Nā plura exploraviſſe cognoſcitur præter ea quę hactenus nota fuerant. Deinde omnium ferme hiſtoricorum qui eum præuenerant noticia diligentiſſime habita: non tantum quæcunq; ab alijs errata fuerant emendauit, ſed etiam illa quę ipſe idem male tractauerat: quemadmodum in editionibus pictæ ſuæ Geographię / quæ quam multa elimat licet animaduertere. Sed ſi inſpiceremus, ultimo eius operi nihil deeſſe: ſatis et nobis foret: ex iſtis eius tantum commentarijs abſq; aliorum veſtigatione habitabilem noſtram describere. Verum cum ipſe videatur quibuſdam animaduerſione haud ſatis fide digna aſſentiri. Præterea circa modum deſignationis noſcatur ſæpius / neq; oportune facilitiatis debitam curam agere nō indigne moti ſumus: vti ad rationē vſumq; putauimus fore commodius: operi conferre / & viro. Quod quippe abſq; verborum inſolentia quam maxime id fieri poterit efficere conabimur: vtrunq; erroris genus attingentes breuiter vti ratio ipſa dictabit. Primumq; id quod ad hiſtoriam attinet quæramus: ex qua opinatur ipſe ad maiorem longitudinem verſus ortum ſolis, ac ad maiorem latitudinem in meridiem quam fas ſit terram nobis notam produci. Non autem iniquius ſuperficiei diſtantiam tendentem ab occaſu ad ortum ſolis longitudinem appellamus: atq; diſtantiam a ſeptentrione in meridiem latitudinem: cum in motibus cœleſtibus parallelos ſimiliter nuncupemus. Præterea quod quāmaxime maiorem diſtantiam longitudinem dicimus. Plane quidē conceſſum eſt ab omnibus: diſtantiam noſtræ habitabilis quæ ab ortu ſolis in occaſum extenditur / multo maiorem ea eſſe, quæ a ſeptentrione in meridiem vergit.

Emendatio latitudinis
Marini.

CAPVT VII

PRimum igitur latitudinis terminum ponit et ipſe Tilen inſulam ſub parallelo qui plagam maxime ſeptētrionalem terræ nobis notæ diuidit: quem parallelum oſtendit quam poteſt clare, ab æquinoctiali diſtare ſexaginta & tribus gradibus: qualium eſt meridianus circulus trecentorum & ſexaginta. Eam autem latitudinem notat triginta / & vno milibus ac quingētis ſtadijs: velut gradus quilibet ex quingentis ſtadijs proponendus conſtet. Poſt hæc regionem Aethiopum Agiſymbam nomine, & Praſum promontorium ponit ſub parallelo qui plagam maxime auſtralem nobis cognitam ſinit: quem parallelū ſub hyemali tropico ſiſtit. Quare omnis latitudo inter æquinoctialem & tropicum hyemalem / ac inter Tilen & eundem æquinoctialē in vnū coacta: gradus fere ſeptem & octoginta complet: ſtadia vero quadraginta & tria milia ac quingenta. Conatur autem rationem auſtralis finis oſtendere per obſeruationes quaſdam fixarum, vt ipſe putat: & per itinera quędam terra mariq; facta: quorū quodlibet attingemus breuiter. De obſeruatione quidem fixarum in tertio operis ſui volumine ſub his verbis memorat. Zodiacus ſuper torridam zonam totus fertur: ex quo in ipſa vmbræ mutantur: & omnes fixæ oriuntur & occidunt. Sola autem minor vrſa incipit ſupra horizontem tota videri in ocelis plaga ſeptentrionali ſtadijs quinq; milibus & quingentis. Parallelus enim per ocelen gradibus vndecim & duobus quintis eleuatur. Ab Hiſparco autem traditur: minoris vrſæ ſtellam, quæ auſtralior in ea eſt: quæue vltima in eiuſdem cauda notatur: a polo diſtare gradibus duodecim & duobus quintis: ac ab ęquinoctiali profectis ad tropicum æſtiualem polum arcticum continuo ferri ſupra horizontē: auſtralem vero magis demergi. Præterea his qui ab æquinoctiali ad tropicum hyemis pergunt / auſtralem polum ſupra horizontē eleuari: ſeptentrionalem vero deprimi. Vnde per hæc euentus ſub ęquinoctiali / aut inter geminos tropicos ſolum narrat. Quod autē aliqua noticia per obſeruationem fixarum vere habita fuerit in locis magis auſtralibus q̄; circulus ęquinoctialis, minime tradit. Veluti ſi alicubi ſtellas auſtraliores q̄; ęquinoctialis ſupra verticem poneret: ſeu ſi meridionales vmbras in æquinonoctijs ad auſtrū declinare diceret: aut ſi omnes ſtellas minoris vrſę oriri aut occidere oſtenderet: ſeu ipſarum aliquas nō omnino videri auſtrali polo ſu

pra horizontem elato. Per ea autem quæ deinde tradit quasdam narrat fixas obseruatas fuisse: quæ tamen mentem suā omnino non asserunt. Inquit enim eos qui ab Indis ad Limyricā nauigant (vt Diodorus samius narrat in tertio) Taurū in altiori eius loco ad medium cœlum habere: & pleiadem ad medium antennarum. Qui autem soluunt ab Arabia ad Azaniam: recta ad meridiem nauigāt: & aduersus canobū stellam qui illic ἵππος/ hoc est equus appellatur: & longe australis est. Stellæ autem quæ illic videntur/ apud nos haud nominantur: & canis prius quā procyon oritur: ac orion totus ante punctum vbi sol ad tropicum æstiuum vertitur lucet. Ex his ergo stellarum obseruationibus quasdam habitationes manifeste ostendit magis septentrionales quam æquinoctialis, veluti cum dicit taurum & pleiadem fieri supra verticem nauigantibus: hæ enim stellæ magis septentrionales sunt quā æquinoctialis. Quibusdam autem australes magis quā septentrionales ostendit. Nam canobus etiam videri potest a longe magis septentrionalibus/ q̄ sit tropicus æstiuus: pluresq̄ ex fixis: quæ apud nos semper latent in locis magis quam nos australibus, ac magis etiam septentrionalibus quā æquinoctialis: vt circa situm Meroes supra horizontem videri possunt quemadmodum ipse canobus. Hic supra terram eleuatur: minimeq̄ ab his videtur qui magis quam nos septentrionales existunt. Hunc quippe qui ad meridiem magis tendunt ἵππον/ hoc est æquum appellant: nec hoc nomine alia dicitur stella ex nobis incognitis. Deinde infert se etiam ex mathematicis demōstrationibus percæpisse/ quod orion totus apparet ante tropicum æstiuum his qui sub æquinoctiali habitant: apud quos etiā canis prior quam Procyon oriri incipit: quod vsq̄ ad Syenem seruatur. Ex quibus etiam obseruationibus nihil proprium aut necessarium esse videtur/ q̄ habitationū situs magis australes sint quam circulus æquinoctialis.

Eadem emendatio ab itinerū peragrationibus.

CAPVT VIII

IN peragrationibus autē computans itinerum dies sigillatim a magna Lepti ad Agisymbam regionem, hāc viginti quatuor milibus ac sexcentis & octuagīta stadijs magis australem quā æquinoctialem ostendit. Nauigando vero dies solutionis a Ptolemaide/ quæ est in troglodytica regione ad Prasum promontorium colligens: concludit hoc esse australius æquinoctiali stadijs viginti & septem milibus ac octingentis. Vnde infertur: Prasum promontorium & Agisymbam regionem æthiopum (quæ etiam vt ipse fatetur ab australi plaga non terminat æthiopiam) in frigida zona oppositi nostri orbis iuxta eiusdem viri rationem sitam esse. Nam viginti & septem milia stadiorum & octingenta in meridiano constituunt gradus quinquaginta & quinq̄ cum triplici quinta: quot gradibus ex altera æquinoctialis parte iuxta easdē cœli qualitates Scythiæ secedunt & Sarmatæ: qui septentrionalia paludis Meoditis incolūt. Reducit igitur & ipse numerum stadiorum ad dimidium minusue: hoc est ad stadia duodecim milia: quot hyiemalis tropicus ferme distat ab æquinoctiali. Causas huiusce sectionis esse tradit, diuersiones ac inæqualitatem itinerum: missis his rationibus ex quibus non tantum corripere necesse videatur, sed etiam numerum ad medietatem optatam redigere. Primū enim in peragrationum narratione refert. Septimium flaccum, qui in Libya militauerat, a Garamantibus ad Aethiopas trium mensium spacio peruenisse versus meridiem iter agentem Iulium vero Maternum a magna Lepti, & a Garame: vna cum rege Garamantū, qui æthiopibus bellum indixerat: inquit versus meridiem semper profectum in quatuor mensibus venisse ad Agisymbam Aethiopum regem: quo scilicet in loco Rhinocerōtes conueniunt. Horum vtrunq̄ ex seipso incredibile est: partimq̄ Aethiopes non adeo a Garamantibus absunt, ut spacium trium mensium requiratur: cum Garamantes ipsi maxime Aethiopes sint: & sub eodem regantur imperio: partim quia ridiculum est regem per subditas sibi prouintias recta a septentrione ad meridiem iter egisse: & cum versus solis ortum ad occasum gentes illæ longissimis effundantur spacijs: quod nec vbi moras meta intercapedine dignas traxerit, Ex quidus nō ab ratione est: viros aut hyperbolice locutos fuisse: aut sic ad meridiem intellexisse quemadmodum vulgo dici solet: ad austrum vel ad motum: hisq̄ abusos magis quam diligentiæ veritatis innixos.

Eadem emendatio a nauigationibus.

CAPVT IX

DEinde nauigatiões indu
cens iter Aromata & Ra
pta refert quendam Dio
genem ex his vnum qui
Indiam migrauerant: cũ
diuertiſſet: & profectu-
rus iuxta Aromata eſſet:
ab arctico Borea impul-
ſum fuiſſe: eumq; ad dexteram troglodyticam
habere regionem: viginti & quinq; diebus ad
paludes: vnde Nilus fluit penetrauiſſe: quibus
Raptum promõtorium paulo ad auſtrum ma
gis extenditur. Theophilum etiam narrat vnũ
ex his qui in Azaniam ſoluerant: a Raptis im-
pulſu auſtri vigeſima die ad Aromata veniſſe.
Horum vterq; quot dierum ea nauigatio foret
non expreſſit. Theophilus quidem vt inquit
die vigeſima applicuit. Diogenes vero vigeſi-
ma quinta die iuxta troglodyticam nauigauit.
Vterq; enim licet retulerit quot diebus nauiga
uerint: non tamen aperuit quot dierum ea eſſet
nauigatio ob ventorum varietatem atq; muta-
tionem: quam fas fuit in tanto tempore fuiſſe.
Præterea neq; ad ſeptentronem, neq; ad auſtrũ
continuo ſe nauigaſſe inquiunt: ſed ait Dioge
nes ſe tantum ab arctico impulſum Borea: The
ophilus vero ſe nauigaſſe per auſtrum. Reli-
quam autem nauigationem ꝙ eandem æquali
tatem continuo ſeruaſſet neuter rettulit. Non
enim credendum eſt tam multis diebus eundẽ
flatus tenorem fuiſſe ſeruatũ. Vnde cum Dio-
genes ab Aromatibus ad paludes quibus Ra-
ptorum promontorium paulo auſtralius eſt: vi
geſima & quinta die nauigauerit: & Theophi-
lus a Raptis ad Aromata, quæ diſtantia maior
eſt, die vigeſima pertranſierit. Præterea aſſerente
Theophilo vnius diei naturalis nauigationem
ſi ſecunda fiat, mille ſtadiorum eſſe: tamen in-
quit nauigationẽ a Raptis ad Praſum promon
torium, quæ multorum dierum eſt, a Dioſco-
ro quinq; milium ſtadiorum tantummodo po
ni. Nam facilime inquit: vt decet, ſub æquino-
ctiali variantur venti: præterea acceſſus iuxta æ-
quinoctialem ex vtraq; ſolis parte perniciores
ſunt. Ex his igitur æquius erat numero dierum
nõ aſſentiri. Præterea quod efficacius eſt: quod
computatio facta. Aethiopas & Rhinocerotum
conuentum in frigidam alteram zonam oppo
ſitæ habitabilis terræ extendit. Ratio enim ipſa
aſſerit: omnia animalia, omneſq; plantas æque
ſimilitudinem vnam trahere ſub vna cœli qua
litate, aut aeris temperie: hoc eſt ſub eiſdem pa-
rallelis aut ſitibus æqualiter ab vtroq; polo di-
ſtantinus iuxta proportionem vnam omnium
æqualitatem eſſe. Quare Marinus iuxta hyema
lem tropicum latitudinem perſtruxit: nulla præ
bita ratione tãtæ cõſtructionis: ſi admittat quis
dierum numerum, & peragrationum naui-
gationumq; ſeriem quam ipſe exprimit. Sed
hoc animaduertens ille, numerum tantummo-
do diurnorum ſtadiorum minuit: idq; præter
modum & conſuetudinem agit. quouſq; ad
optatum & opportunum parallelum deuenia-
tur. Agendum autem contra fuit. Nam diurnæ
quidem peragrationi, eidemq; poſſibili facile
fuit credendum. æqualitati vero itinerum ſeu
nauigationum: aut quod per lineam rectã om-
nino itum fuerit aſſentiri minime decuit: cum
ex his diſtantia quæſita non poſſet haberi: ſed
nouiſſe fas fuit: quod eadẽ latitudo vltra æqui
noctialem protenderetur. Sed hoc ipſum ex cer-
tiori modo: obſeruatione ſcilicet quorundam
ſuperiorum cognoſcere erat æquius. Quod cõ-
tinuo diligentiſſime exploraſſet quis, ſi ex ma-
thematicis plane conſiderauiſſet quæ in illis re-
gionibus accidunt. Cum vero animaduerſio
hæc haud habita fuerit: relinquitur vt quod ma
gis ratio dictat: ſimplicius quantitatem diſtan-
tiæ quæ æquinoctialem egreditur animaduer-
tamus, habetur autẽ id per genera atq; formas,
coloreſq; animantium ibi degentium. Ex quo
non videtur conſequens eſſe: parallelum Agi-
ſymbe regionis quam liquet Aethiopum eſſe:
vſq; tropicum hyemalẽ attingere: ſed circa ęqui
noctialem terminari. Non enim apud nos in
locis illi oppoſitis, hoc eſt ſub æſtiuo tropico
colores habentur Aethiopum, neq; Rhinocero
tes aut Elephantes ſunt: ſed in locis non multo
auſtralibus modice nigrent. Quemadmodum
qui intra Syenem triginta ſchœnis habitãt (grę
cus habet τριακοντα σχοινόν. ſchœnus autem
4000. paſſuũ complectitur) quales ob eandẽ
cauſam Marinus ipſe deſcribit eſſe Garamantas
quos nec in ipſo æſtiuali tropico, nec magis eo-
dem tropico ſeptentrionales: ſed longe auſtra-
liores eſſe tradit. In locis autem circa Meroem
abunde ſunt nigri: & primum puri Aethiopes.
vbi & elephantum & monſtroſorum animan-
tium genus alitur.

Quod nõ ponẽdi æthiopes ſunt magis auſtra
les q; parallelus oppoſitus parallelo ꝑ Meroem

CAPVT X

QVare hucusq; actū bene videri poterit: hoc est quo usq; tradito illuc nauigātium narrat ethiopes, Agisymbā regionē & Prasum promōtoriū: cęteraq; quæ in eodē parallelo sunt sita in opposito per Meroem parallelo describit, Id autē erit in situ distanti ab equinoctiali versus meridiem gradibus pariter sexdecī ac tertia & duodecima: stadiis vero octo milibus ac ducētis ferme: quo pacto tota eiusdē habitabilis latitudo pene colligitur graduū septuaginta & nouē ac tertiæ et duodecimæ, vel ad summū octoginta: stadiorum vero quadragita miliū. Distantia quippe inter magnā Leptem & Garamā: quemadmodū Flaccus atq; Manternus tradiderunt: stadiorū ponitur quinq; milium pariter ac quadringentorum. Vigesima namq; dies secunda profectio est emēda a post primum iter: vt tota ad meridiem, vel ad septentrionem directa sit: cum primum iter obflectiones dierum triginta fuerit. Numerum autē stadiorū cuiusq; diei eos exposuisse memorat, qui ad id iter sæpius peragrauerūt. Quod non tantum pulchre, sed necessario animaduersum est: ob aquandi duersiones. Quemadmodum autem de raris, magnis ac modum recte exploratis distantiis, dubitandum est: sic illis quæ nec magnę, nec rara, sed sæpius a multis peragratæ sunt credi fas est.

Quæ de longitudine a Marino non necessario tradita sunt.

CAPVT XII

AD quātum igitur spaciū situs nostrę habitabilis cōgrue extendi in latitudinē possit ex his nobis manifestum est. Longitudinē vero Marinus inter duos meridianos notat, quindecim horarū spacia cōtinentes. Nobis autē videtur, distantiam versus solis ortū plusq; deceat extendi, quę si contrahatur iuxta fas debitū, non integra duarum horarū spacia constituere posse videbitur, cū in vltimo occidentis termino similiter ponantur insulę fortunatę. Plagam vero maxime orientalem Seres, Sineq; atq; Cattigarū terminent. Distantiam enī ab insulis fortunatis ad transitū Euphratis per Hierapolim, sub parallelo per Rhodū similiter seruamus & nos, cū numero stadiorū ab ipso sigillatim exposito partim ob frequētem itineris vsum, partim quia in maioribus distantiis videtur & ipse recte collegisse id quod ex flexionibus & inequalitatibus itinerū emendandū fuerat. Deinde etiā qui ponit gradū vnum, qualiū est circulus maximus trecentorū & sexaginta: in superficie terrę quingenta stadia intercipere quod ex notis certisq; dimensionibus liquet: similem autē circumferentiā rhodiensis paralleli, hoc est distantis ab æquinoctiali triginta & sex gradibus quadringentorū ferme stadiorū esse exponit. Quod enī in eis æqualitatē rectam excedit secundū rationem parallelorū: ex paucitate sua pinguiori donatur cōputo. Distantiā vero quę ab ipso transitu Euphratis vsq; ad turrim lapideam comprehenditur: inquit ipse schœnorum octingentorū ac septuaginta & sex esse: stadiorū vero viginti & sex miliū ac ducentorū & octuaginta. Deinde a turri lapidea vsq; ad Seras metropolim serum iter esse dicit septimestre: stadiorum autē triginta et sex milium ac ducentorum. Verum vt ambas distantias ad eundē parallelū redigamus, iuxta æquam cōtractionē vtramq; emendemus. In ambabus quippe peragrationibus non videtur ipse diminuisse quod ex enormitate circumflectionū superest. Præterea & in secundo etiā itinere, in easdem videtur incidisse fallacias in quibus a Garamātibus ad Agisymbam lapsus est. Ibi enī computato stadiorū numero permenses quatuor: coactus est eū plusq; ad mediū restringere. Possibile quippe non fuerat per tot dierū spacia iter semper vniforme fuisse: quod in septimestri peragratione etiā contigisse haud ad surdū est: immo magis consonū q; in itinere Garamantum. Illud enī iter a regę prouintię actū est cum nō parua sicut decuit diligentia: deinde sub cœlo omnino sereno. Peragratio autē a turri lapidea ad Seras validiores suscipit hyemes. Subiacet namq; vt ipse ponit parallelis per Byzantiū Hellespontumq;. Ex quibus dilationes multas in itinere ipso fieri necesse fuit: cū etiā eius profectionis causa negotiatio esset. Refert enī Maen virū macedonem, qui & Titianus dicebatur: patre et ipso negociatore genitū, huiusce itineris dimensionē notauisse: non q; ipse ad Seras perrexerit, sed eo aliquē destinauerit. Sed negociatorū relatibus & ipse haud assentiri videtur, Vnde Philemoni non annuit: qui lōgitudinē Iberniæ insulæ ab ortu solis ad occasum viginti dierū exponit. Memoriæ enim ipsum a negociatoribus eā percæpisse: quos negligētiores veritatis esse scribit, circa ipsorū commercia occupatos. Eosdē etiā ipse inquit sæpius ex inani quadā ambitione distantias maxime

augere. Hic autem in septimestri profectione nihil memoratu dignum retulisse eos, qui id iter dimensi fuerint: pro magnitudine temporis monstrum est.

Emendotio longitudinis nostræ habitabilis a peragrationibus.

CAPVT XII

Quam ob causam & quoniam id iter sub vno solo parallelo non est: sed lapidea turris circa Byzantij parallelū, & Seres australes magis sunt quam parallelus per Hellespontū: æquum videtur multitudinem stadiorum ex septimestri collectorum: hoc est triginta & sex milium ac ducentorum non ad minus quā ad medium secare: sed pro expeditiori intellectu ad solam medietatem. Vt computari possit data distantia stadiorum decem & octo milium atq; centum: graduum vero quinq; & quadraginta cum quarta. Etenim præter rationem est & omnino absurdum. in vtraq; hac peragratione tantę sectioni non assentiri: ac in itinere Gramantum eandem contractionē concedere: quod in promptu ratio est: differentia scilicet animantiū degētium in Agisymba regione: quæ nequaquā possunt præter naturalia sibi loca traduci: a turri vero lapidea ad Seras id pari modo non acceptare: quod eadem ratio illic adduci nequeat: sed per totam distantiam siue minor ea sit, seu amplior: similis ipsius aeris qualitas & impressio sit. Quemadmodum si quis quia in furto deprehendi nequeat iustitiam negligat: contra ipsius philosophiæ documenta. Vnde primam distantiam, quæ scilicet est ab Euphratē ad turrim lapideā: octingentorum ac septuaginta & sex schœnorum, ob itinerum flexiones ad octingentos tantum schœnos contrahimus: stadia autem viginti & quatuor milia. Quod ita esse creditur: ob itineris particulares dimensiones, ac regionum crebros additꝰ: quibus id iter potitū est. Quod autem diuerticula plura habeat: manifestum est ex his quæ Marinus ipse ponit. Peragrationem enim in transitu Euphratis iuxta Hierapolim per Mesopotamiam ad Tigrum: & hinc per Garamantas iter Assyriæ Medorumq; ad Hecatomphylon fas est per parallelum Rhodi suscipere. Hic enim circulus per dictas regiones scribitur. Viam vero ab Hecatompylo ad Hyrcaniam ciuitatem: necesse est arcton declinare: Hyrcania ciuitate in medio propemodum posita parallelorum Smyrnæ & Hellesponti. Nam parallelus Smyrnæ sub ipsa regione Hyrcaniæ designatur: Hellesponti vero per australes plagas pelagi hyrcani: quę parum magis septetrionales sunt quam ipsa hyrcanorum ciuitas a nomine regionis suę appellata. Deinde iter ab hac ad margianam Antiochiam per Ariam primo ad meridiem respicit, cum Aria sub eodem parallelo quo portę Caspię sita sit. Post ad arcton inclinat: cum Antiochia iuxta Hellesponti parallelum sit posita: a qua aditus ad Bactra versus solis ortum extenditur. Ad ascensum post montium Comedorum itur versus septentrionem. Via præterea quæ montana hęc egreditur ac perducit ad vallem quę campestria excipit ad meridiem tendit: horum quippe montium septentrionalia & quę magis occidētalia sunt vbi ascensus est, ponit sub parallelo Byzantij: quæ vero australia & ad ortum solis vergunt, sub parallelo Hellesponti. Nam montana ipsa tradit ad ortum solis palam quasi extensa ad austrum quodammodo declinare. Inde quinquaginta schœnorum inquit ad lapidem vsq; turrim ad arcton æque vergere (Græcus habet πεντελοντα σχοινόν.) Vallem enim egressos turris vt inquit lapidea excipit: a qua montes qui ad orientem solem progrediuntur Imao coniungit: qui a Palimbothris ad septentrionem protenditur. Simul ergo collectis gradibus sexaginta: qui notati sunt per viginti & quatuor milia stadiorū, cum gradibus quadraginta et quinq; & quarta (tot enim sunt a turri lapidea ad Seras) comprehenditur tota distantia ab Euphrate ad Seras in parallelo Rhodiensi graduū centum & quinq; cum quinta. Colliguntur præterea ex dimensionibus quas ipse supponit sub eodem parallelo gradus alij: vt dicetur. Primo a meridionali notato per insulas fortunatas vsq; ad sacrum Ispanię promontorium gradus duo & semis. Deinde ad Bætidis fluuij ostia, post hæc a Bætide ad angusta Atlanti pelagi atq; Calpem similiter gradus duo & semis in vnaquaquam distantia. Hinc a præfatis angustijs vsq; ad Carallem Sardiniæ gradus viginti & quinq;. A Caralli autē Lilybæum Siciliæ quatuorq; semis. A Libybæo ad Lachynum tres: moxq; a Pachyno ad Tænarum Laconię decē. Inde ad Rhodū octo cū quarta. A Rhodo ad Issum vndecī cū quarta. Dehinc ab Isso ad Euphraten duo & semis. Colliguntur itaq; totius huius distātię gradus septuaginta et duo. Quare oīs lōgitudo terrę nobis cognitę: hoc est a meridiano designato: seu terminātę ab vltimo

occasu insulas Fortunatas vsq; ad Seras, graduum centum ac septuaginta, & septem cum quarta adnotatur.

Eadem emendatio ex nauigationibus:

CAPVT · XIII ·

Coniectare quis posset: tãtumdem esse longitudinis spacium etiam ex distantijs quæ a Marino tractantur nauigando ab India vsq; ad sinum Sinarum: atq; Cattigara: Sed quam maxime propius ratio habeatur sinuũ ac inæqualitatũ nauigationum, situmq; ipsarum regionum. Post enim Colchorum sinum a promõtorio quod nuncupatur Dory, suscipi inquit sinum Argaricum: constareq; vsq; ad Curulim vrbem stadijs tribus milibus ac quadraginta. Additq; eam ciuitatem sitam esse ex parte boreę eiusdem Cory promõtorij. Colligi igitur posset ea trãsfretatio tertia parte deducta iuxta normã Gangetici siuus stadiorum ferme duorum milium ac triginta: cum tota ventorum inęqualitate, Ex quibus vt ad continuum vnumq; cursum deueniatur: tertia etiam parte sublata: relinquentur stadia mille ac trecenta, & fere quinquaginta iuxta boreę situm: quo redacto ad situm ęquinoctialis paralleli, & ad ventum subsolanum deductione medietatis: iuxta rationem anguli transsumpti: habebimus distantiam interceptã a duobus meridianis: hoc est ab eo qui per Cory promontorium scribitur, & ab illo qui per Curulim adnotatur, stadiorum sexcentorum ac feptuaginta & quinq; graduum fere vnius & parte tertia: horum enim situũ paralleli nulla memorabili nota a maximo circulo differũt: Deinde a Curuli vrbe nauigationem inquit esse versus hyemalem solis ortum vsq; Paluros: constareq; stadijs nouem milibus ac quadringentis & quinquaginta. A quibus tertia etiam parte dempta: ob ventorum cursuũq; inæqualitatem: habebimus ad vnum continuum motum ad Eurum fere directum distantiam stadiorum pene sex milium ac trecẽtorum. A quibus sextam partem deducentes: vt redigatur distantia ad parallelum æquinoctialem: inueniemus distantiam horum merodinalium stadiorum esse quinq; milium, ac ducentorum, & quinquaginta: graduum vero decem & semis. Hinc Gangeticum sinum ponit decem & nouem milium stadiorum. A Paluris quidam ad Sandam vrbem quasi versus ortum solis ęquinoctialem, per eundem nauigando sinum: tradit tredecim milium stadiorum. Et quoniam ad æquinoctialem ortum dirigatur ferme cursus ex motuum inęqualitate: tertia tantum pars ab eodem deducitur numero. Quo facto: relinquetur vt eorum meridionalium sit distantia stadiorum octo milium, ac sexcentorum & septuaginta: graduum vero decem & septem cum tertia. Deinde nauigationem a Sanda ad vrbem Tamala, facit stadiorum trium milium ac quingentorum aduersus hyemalem solis ortũ. Pro inęqualitate autem cursus iterum partem tertiã deducentes, habebimus in motu continuo stadia duo milia & trecenta ac triginta. Ob inclinationem vero ad Eurum, partem sextam inde sumentes: inueniemus distantiam expositorum meridionalium stadiorum mille ac noningentorum & quadraginta: graduum autẽ fere triũ & semis cum tertia. Post hæc transitum a Tamala ad auream Chersonesum tradit stadiorũ mille ac sexcentorum: etiam versus hyemalem ortum. Quare & ab hoc numero æque deductis simibus partibus: relinquetur meridionalium ipsorum distantia stadiorum octingentorum: graduũ vero vnius cum quatuor quintis partibus. Vnde colligi potest distantia a Cory promontorio ad auream Chersonesum graduum triginta & quatuor, cum quatuor quintis partibus esse.

De nauigatione ab aurea Cherso-
so ad Cattigara.

CAPVT · XIIII ·

Numerum stadiorum nauigationis ab aurea Chersoneso ad Cattigara Marinus non tradit. Alexandrum autem referre dicit terram hinc opponi meridiei: eosq; qui secus ipsius littora nauigant, intra viginti dies ad vrbem Zabas peruenire: a Zabis autem in austrum nauigando præcipue læuorsum intra dies aliquot Cattigara peruenire. Auget quidem distantiam ipse positam: intelligens dies aliquot pro pluribus. Inquit enĩ ob multitudinem eos numero minime comprehensos fuisse: quod ego ridiculum existimo. Quis enim dierum numerus infinitus est: etiam si totius orbis ambitus exprimendus sit.

Quid Alexandrū coegit: vt cū diceret aliquot: intelligere plures? cum de Dioscoro dicat plurium dierum nauigationem a Raptis ad Prasum descripsisse. Aequum quippe magis est: vt intelligat quis/ aliquot pro paucis: quo scilicet modo dici solitum est. Sed vt non videamur & ipsi ad multitudinem quandam certam distantias coniectare, conferamus nauigationem ab aurea Chersoneso ad Cattigara, nauigationi factæ ab Aromatibus ad Prasum promontoriū positam scilicet viginti dierum ad Zabas: & aliquot aliorum ad Cattigara: & viginti similiter dierum a Rapta: iuxta Theophilum ac aliorum plurium: ad Prasum secundum Dioscorum: ne queādmodum fœcit Marinus aliquot dies pro pluribus æque admittamus. Cum ergo & ex ratione manifesta, & ab ipsorum etiam obseruatione superiorum ostenderemus: Prasum situm habere sub parallelo distanti contra meridiem ab æquinoctiali gradibus sexdecim cum tertia parte ad duodecimam: & ab eodem æquinoctiali versus septentrionē parallelus per Aromata distet gradibus quatuor cum ;quarta: colligitur distantiam ab Aromatibus ad Prasum constare gradibus viginti cum duabus tertijs. Vnde non incongrue totidem graduū ab aurea Chersoneso ad Zabas, & hinc ad Cattigagara ponenda distantia est. Ab aurea autem Chersoneso ad Zabas corripere distantiam nō oportet: quia perinde transigitur ac si sub æquinoctiali circulo sita foret: cum ea quæ interiacent loca meridiei opposita protendantur. Distantiam vero a Zabis ad Cattigara contrahere decet: cum nauigatio ea sit versus notum & plagam orientalem: ut situm ad normā æquinoctialis habere possimus. Si ergo medietatem graduum tribuamus vtriq; distantiæ propter ignotum excessum ipsius: deinde tertiam partem graduum qui sunt a Zabis ad Cattigara decem cum tertia demamus: ob inclinationem annotatā habebimus distātiam ab aurea Chersoneso ad Cattigara æquatā situi æquinoctialis: graduū decem & septem ferme cum sexta. Ostensum est a Cory promontorio vsq; ad aureā Chersonesum gradus esse triginta ac quatuor, cum quatuor quintis. Vnde tota distantia a Cory vsq; ad Cattigara graduū fere quinquaginta & duorum colligitur. Sed meridionalis quidem qui scribitur per principium Indi fluminis: paulo iuxta Marinum est occidentalior promontorio septentrionali insulæ Taprobanes, quod Cory opponitur: & ab hoc distat meridionalis designatus per ostia Bętis fluuij horarum spacijs octo, gradibus vero centū ac viginti. Præterea meridianus huiusce Bætis a meridiano notato per insulas Fortunatas abest gradibus quinq;. Vnde colligitur meridianum per Cory a meridiano per insulas Fortunatas descripto distare paulo plus centum ac viginti & quinq; gradibus. Meridianum per Cattigara a meridiano earundem insularū paulo etiam plus centum & septuaginta ac septem gradibus: iuxta eandem ferme distantiam graduum collectorum in parallelo rhodiensi. Sed ponatur longitudinem vsq; metropolim Sinarum integrorum esse graduum centū ac octoginta: horarum vero duodecim: cum fateantur omnes eam magis orientalem esse quam Cattigara. Colligitur ergo longitudinem per insulam Rhodum stadiorum esse septuaginta, & duorum milium.

De his quæ in expositione particulari Marinus dissentit.

CAPVT XVI

Distātias generales sic ergo contraximus: longitudinis scilicet in plagam orientalem: ac latitudinis in septentrionem (græcus habet μεσεβριαν.) ex causis prænotatis. Pręterea quarundam ciuitatū situs in locis pluribus emēdandos existimaaimus: ubi repugnantes & reprobas expositiones tradidit: iuxta diuersas annotationes & varijs & incertis sumptas editionibus: quemadmodum in locorum oppositionibus iniquius percæptis. Tarraconē etenim inquit opponi Cesarię: quæ Ioa appellatur: ac per hanc dicit meridianum duci, & per montes Pireneos: qui nō pauco magis orientales sunt quam Tarracon. Pachynum opponi magnæ Lepti etiam memorat: Himeram Theenis. A Pachyno vero ad Himeram distantiam esse colligit quadringentorum stadiorum. A Lepte autem ad Theenas vltra mille ac quinquaginta stadia esse tradidit: ex quibus Thimosthenes asserit. Deinde Tergestum dicit opponi Rauennę. Ab interiori vero sinu adriatici maris qui iuxta Tilauentū fluuium est: distare inquit Tergestū versus ęstiuū solis ortū: stadijs quadringentis et octoginta. Rauennam versus hyemalē ortū stadijs mille. Similiter Chelidonæas refert oppositas esse Canobo Achamanta Papho: Paphū Sbennito. Distantiā vero a Chelidonæis ad Achamāta ipse etiā ponit stadiorū mille. A Canobo ad Sbennitum, a Ti

Hosted by Google

mosthene ponitur ducentorum & nonaginta: Atqui si sub eisdem meridianis hæc distantia esset/procul dubio maior esse deberet: quia sub iacet circumferētię maioris paralleli. Deinde dicit Pisam a Rauenna distare versus notum stadijs septingentis: per partitionem vero climatū & horarum Pisam in tertia/ Rauennam autem in quarta hora describit. Londinio etiam britaniæ Neomagum cum retulerit australius quinquaginta & nouem milibus passuum, inclinationibus occidentalibus (gręcus habet βοϱεισεϱαν) id figit. Et Athos mons cum in parallelo per Hellespontum situs ab ipso esset / Amphipolim & loca sibi circumstantia supra Atho & Strymomis fluuij ostia sita sub Hellesponto in quarto climate ponit. Similiter cum Thracia fere tota sub parallelo Byzantij locata sit, omnes ipsius vrbes mediterraneas in climate quod supra eundem parallelum est adnotat. Trapezuntem etiā dicit se locaturum in parallelo Byzantij. Deinde Satala Armeniæ ostendens esse a Trapezunte versus meridiem sexaginta milibus passuum: in descriptione parallelorum Byzantij parallelum per Satala / non per Trapezūtem dicit. Nilum præterea pollicetur ad vnguem se descripturum: ex quo primum a meridiana plaga ad septentrionem vsq; Meroem descendisse videtur. Similiter & nauigationem ab Aromatibus ad lacus ex quibus defluit Nilus septentrionali vento fieri inquit. Aromata autem multo orientalia magis sunt quam Nilus. Ptolemais enim Thebarum magis oriētalis est quam Meroe/ & quam Nilus decem aut duodecim dierum profecttione. Deinde angustiora quæ iuxta Ocelem/ Chersonesum & Direm sunt: magis orientalia esse constat Ptolemaide, & sinu Adulitico stadijs tribus milibꝰ & quingentis. Præterea etiam illis orientalius est magnorum Aromatum promontorium stadiorum quinq; milibus.

Quod quædam prætermisit de regionum finibus.

CAPITV XVI

Misit ipse quædam in referendis regionum finibus, quemadmodum cum totam Mysiam a plaga oriētali mari pōtico terminat, Thraciam ab occasu Mysia superiori. Præterea Italia a septentrione nō Rhętia, aut Norico tātum, sed Pannonia finit. Pannoniæ autem fines a meridiana plaga ponit esse Dalmaticam tantum, Italia omissa. Mediterraneos etiam Sogdianos, & Sacas a meridie Indis conterminos esse tradit. Qui duo autem paralleli magis septentrionales sunt ꝙ mons Imaus qui maxime tendit ad arcton per Byzantium et Hellespontum. neq; per gentes præfatas ab ipso describuntur, sed præcipue per medium ipsum pontum.

In quibus etiam Marinus dissentit ab historijs nostri temporis.

CAPI XVII

Hæc atq; huiuscemodi alia nō recte animaduertit Marinus: siue ob multitudinem disiunctionemq; voluminū, siue quia vt ipse refert, ad postremam suam editionem tabulę describendæ nondum peruenerit, per quam ut inquit, climatum & distantiarum horarum emendationem fecisset. Quædam deinde præter hæc ponit, quibus nostra temporum cognitio non consentit. quemadmodum de sinu Sachalitis, quem tradit situm esse a parte occidentali Syagri promontorij. Omnes autem unanimiter qui per ea nauigant loca plane fatentur eum ab occidentali parte Syagri esse, & Sachalitem regionem dicunt Arabiæ, & ab ea sinum denominatum. Semilla etiā Indorum emporium tradit non solū magis occidentalem esse ꝙ Cumarū promontoriū. sed ꝙ Indus amnis. Id autem australius (gręcus habet μεσημβϱινωτον.) perhibetur ꝙ ipsius fluminis ora vt ab his fertur qui hinc eo nauigauerunt, plurimūq; ea explorauerunt loca, & ab his qui illinc ad nos peruenire. Vocatur autē id Timula ab indigenis: a quibus plura alia circa Indiā eiusq; prouintias particularius didicimus. Prę terea interius multa hausimus: & ab hac scilicet prouintia vsq; auream Chersonesum, & hinc vsq; Cattigara. Nouimus etiam: ꝙ illuc transfretantium cursus ad solis ortum est, indeq; re deuntium ad occasum. Referunt etiam intractabile & iniquum nauigationū tempus: ꝙq; vltra Sinas Serum regio est, Seræq; metropolis. Deindeq; ea quę magis ad ortum vergūt incognita sunt: quę stagna habent paludosa: in quibus arundines adeo magnę spissęq; fiunt, ꝙ ex

apprẹhenſu earum fiat tranſitus, quodq; non
ſolum inde ad Bactrianam eſt iter per lapideam
turrim, ſed ad Indos per Palimbothra. Quẹ au
tem via eſt a Metropoli Sinarum ad portũ Cat
tigara, occaſum recipit ac meridiẽ. Quare ea nõ
incidit in meridianum per Seras atq; Cattigara
ductum: vt a Marino traditur: ſed in quibuſdã
magis orientalibus. Didicimus etiam a nego-
ciatoribus qui a fœlici Arabia ad Aromata na-
uigant, ac Azaniã atq; Rapta: quẹ omnia Bar-
bariam proprie nuncupant: nauigationẽ hanc
non eſſe proprie ad meridiem: ſed ad occaſum
atq; meridiem: tranſitum autẽ a Raptis ad Pra
ſum ad ortum ſolis et meridiem. Stagna etiam
a quibus Nilus defluit, non eſſe penes mare ip-
ſum: ſed interius per multum: ac ſeriẽ profectio
nis a littore Aromatũ & a Copis ad Rapta pro
montorium aliam eſſe ꝙ Marinus expoſuerit.
Prẹterea nauigationem diei naturalis illic mul-
torum ſtadiorum non colligi ex facili ventorũ
mutatione qui ſub ẹquinoctiali ſunt: ſed circi-
ter quadringentorum aut quingentorum ſta-
diorum exiſtere. Eſt autem ſinum primũ con-
tinuũ Aromatibus in quo poſt vnius diei iter
ab Aromatibus Panocomem eſſe, ac Oponem
emporiũ: diſtans a Panocome diebus ſex. Poſt
autem id emporium alium tradunt excipi ſinũ
Azaniẹ origo: in cuius exordio Zingina eſſe
promontorium: et Phalangida mõtem tribus
inſignem capitibus: vocariq; ſolum hunc ſinũ
Apocopa: tranſitumq; habere duorum dierum
naturalium. Deinde poſt hunc ſuſcipi aiunt id
quod paruum littus dicitur: hocq; trium eſſe di
ſtantiarum. Poſt quod aliud quod magnũ lit-
tus appellatur, quinq; diſtantiarum: qui ambo
numeri nauigationem habere feruntur natura-
lium dierum quatuor. Coniungi autẽ iſtis aliũ
ſinum narrant: in quo emporium eſt nomine
Eſſina poſt duorum dierum etiam naturalium
tranſitum. Poſtq; Serapionis nauticam ſtatio-
nem ad vnius diei nauigationem: hincq; incipi
ſinum memorant qui ad Rapta ducit: tranſitũ
dierum habens trium etiam naturalium. Ac in
huius principio emporium eſſe aiunt dictum
Tonici. Inde iuxta Raptum promontoriũ flu-
uium eſſe memorant, Raptum appellatum: &
metropolim eodem nomine dictum non pro-
cul a mari ipſo diſtantem. Sinum poſtea qui a
Raptis ad promontorium Praſum extenditur:
qui ue licet maximus ſit, nõ tamen vaſtæ altitu
dinis eſt, circũ habitãt barbari anthropophagi.

De incõmoditate qua Marinus vſus eſt in de-
ſignatione orbis.

CAPI XVIIII

QVẹ iuxta traditionem hi-
ſtoriẹ memoratu quodã
digna fuerũt / hucuſq; tra
ctata ſunt: ne forte qui-
buſdam videamur ſcru-
pulũ mouiſſe, minimeq;
ſoluiſſe. Erũt quippe no-
bis omnia per particula-
rem ipſorum expoſitionem nota. Reliquũ eſt:
vt quæ ad deſcriptionis ipſius rem pertinẽt ani
maduertamus. Duplex ergo cum forma ſit hu
ius operis. Nam cum primo ea ſit: quæ ſuperfi
ciẹ noſtræ habitabilis in ſpærico ponit: deinde
ea quẹ in plano notatur: vnũ ambobus cõmne
eſt / facilitas ſcilicet operis, hoc eſt, quomodo e-
tiam abſq; exemplari picturæ ex ſolis commen
tarijs ꝙ maxime fieri poſſit deſcriptio commo-
da, habiliſq; in tabula fiat. Sero enim a priori-
bus exemplaribus noua condere / per vitiũ pau
latim cõcẹptum ad diſſimilitudinem maximã
duci ſolitum eſt. Sicq; modus qui per commen
taria captatur / forte non ſufficit ad condendam:
tabulam his quibus exemplar imaginis deeſt-
omnino impoſſibile fiet optato quodam poti-
ri. Id modo pluribus accidit in Marini opere.
Non enim ex vltima eius editione exemplari ta
bulæ ponuntur: ſed ex commentarijs eam expri
mere conantur: falluntur q; plane in pluribus,
ob ineptam operis illius formam atq; confu-
ſionem: veluti cuilibet rem experto intueri licet
Cum enim ex quolibet notatorũ locorum ne-
ceſſe ſit ſitum longitudinis ſimul ac latitudinis
habere vt loca vbi oporteat poſſint figi: in edi-
tione Marini id confeſtim inueniri non poteſt
alibi enim latitudines ſolum diuiſim tradit: vt
res tulit in notatione parallelorum. alibi tãtum
longitudines: ceu in deſcriptione meridionaliũ
nihilq; amborum ſimul haberi communiter
poteſt: ſed in his parallelos / in alijs meridiona-
les inuenimus poſitos: vt habita vna poſitione
deſit altera. Sed cum per commentaria rem agi-
mus, neceſſe fiat vtrorumq; cognitionẽ ſimul
haberi, cum in omnibus aliquid ſemper de alte
ro ſitu haberi dicatur. ſi ſigillatim in eo non per
quiremus, quæ per totũ opus de vno loco: tra-
duntur in multis fallentur. quæ animaduerſio
ne digna ſunt. Præterea in ciuitatum poſitione
ea facilius deſcribemus quæ in littoribus ſitæ
ſunt, quodam in ipſis ſeruato ordine. In locatio
ne vero earum quæ intra continentem ſunt, nõ
idem obtingit, cum ipſarum ſitus minime ſi-
mul notatus ſit, præter ꝙ paucarum: in quibus

quodammodo contingit longitudinem hic, & latitudinem ibidem prænotatam fuisse.

De commoditate nostri operis in designatione orbis.

CAPVT XIX

VNDE nos laborē suscipimus geminū. Primum vt intentionē viri quā per totum opus habuit teneam⁹: pretereq; in his q̄ emēdatione potita sunt. Deinde vt ea quæ eidē haud nota fuerūt: partim ob historię notitiā haud habitā, partim ob seriem diligētiarū tabularū congruæ q; maxime fieri potest describātur. Curā preterea etiā adhibuimus de cōmodiori usu in omnibus regionibus statuētes ipsarū limites, quos particulariter habeant situs in longitudine ac latitudine. Deinde de regionum ipsarum gentibus nota dignis, quomodo inter sese locatę sint. De insignioribus pretera vrbib⁹ fluuijs, sinibus, mōtibusq;: ac cæteris omnibus quæ in tabula ipsa prębere possent distātias animaduersione quapiā dignas, hoc est, quot gradibus (qualiū est maximus circulus, trecentū et sexaginta) distat in longitudine meridionalis per locū descriptus a meridionali: qui vltimū finem occasus terminat. Secundū vero latitudinē quātum distat parallelus per ipsum descriptus locum ab æquinoctiali in ipso meridiano. Sic enim exemplo cognoscere poterimus cuiuslibet loci positionē particulariter, et ipsarum regionū situs: quō inter sese ad totū orbē locatę sint.

De inequalitate dimensionis tabulę Marini.

CAPVT XX

DESCRIPTIO aūt vtraq; per se quoddam propriū habet. Nam in sphęra orbem notari, propriā figurę similitudinem trahit: nec ad hoc artificioso quodā eget opere. Non tamen magnitudo facile captatur, quæ continere loca plurima possit eorum quę necesse est collocari, neq; præbere potest id opus: vt figurā simul totam inspiciamus sed e duobus alterum eo oportet traducere: quo fertur intentio: hoc est, aut oculū, aut sphærā. In plano autē nihil horū impedimentorū est. Modus vero quidē requiritur, vt similitudo ad imaginem sphæricā habeatur, ne distantiæ in plano constitute minus proportionē seruēt: sed inter sese æquatę q; maximæ sint in superficie plana queadmodū sunt in vera. Hoc Marinus nō parui existimans: reiectis omnibus modis descriptionis in plano, tamen & ipse vsus esse videtur ea tabulæ forma quæ maxime dimensiones iniquas faceret. Lineas enī quæ pro circulis scribuntur parallelorū, ac meridionaliū: rectas omnes instituit meridionales etiā inter sese ipsas in modum rectorum parallelorū inscribens. Solū autē Rhodi parallelū cōmensurabilem ipse seruauit cum meridiano: iuxta rationē fere sesquiquartam similiū circumferentiarū sphæricarum maximi circuli ad parallelum distantē ab ęquinoctiali gradibus triginta et sex. Aliorum vero curam non habuit, neq; de proportione dimensionum, neq; de aspectu sphęrico. Primo enim constituto oculo in medio quartę partis sphæræ septentrionalis, in qua plurima pars habitabilis terrę describitur: meridionales quidē possunt phantasiā rectarum linearū habere: quando ex circulatione quilibet nobis ex opposito statuatur, cadatq; planū eiusdem vt oculus supra verticem illi sit. Hoc parallelis nihilominus nō contingit, propter eleuationē poli septentrionalis. sed partes circulorū clare demonstrant curuationes ad meridianū verti. Deinde iuxta veritatē ac phantasiā, cum ijdem meridiani similes quidē, sed inęquales circūferentias in differentibus magnitudine parallelis intercipiant. & semper maiores sint quanto magis ad equinoctialem accedunt, ipse tamen Marinus omnes æquales facit spacia dimatū magis septentrionaliū q; parallelus per Rhodū vltra ęquū extendens. & alia quę eodē magis australia sunt plus ęquo diminuēs. Ex quo sequitur: distantias locorū minime adaptari posse stadiorū dimensionibus ab eodē expositis: sed eas quę sub ęquinoctiali sunt maxime sua quinta parte deficere, quota parallelis per Rhodū ęquinoctiali minor est. Distantias autē quę sub parallelo per Tilen sunt, auget quatuor quintis: quota parte parallelus per Rhodū maior est parallelo per Tilen. Ferme enī qualiū graduum ęquinoctialis est centū & quindecim: talium est circulus ab ęquinoctiali distans gradibus triginta & sex, & per Rhodū descriptus nonaginta & triū. Circulus vero qui ab eodē ęquinoctiali distat sexaginta & tribus gradibus: & per Tilen descriptus quinquaginta & duorū.

Quę seruari oportet ad designationem orbis in plano.

CAPVT XXI

PRopterea actũ bene erit, lineas quæ pro meridianis ponentur rectas ſeruare, quæ vero pro parallelis notabuntur, in circulorũ arcubus ſcribere: vnum et idem centrũ habentibus: a quo tanqꝫ pro ſeptentrionali polo ſuppoſito: meridianorum lineę rectæ ducentæ ſunt: vt pro cæteris ſimilitudo iuxta formã ac aſpectũ ſphæricę ſuperficiei ſeruetur. Manentibus deinde meridianis abſqꝫ declinatione ad parallelos, ac etiã ab eodem cõmuni polo exeuntibus, cum nequaqꝫ poſſibile ſit per omnes parallelos proportionẽ, quæ eſt in ſphæra ſeruare: abunde erit eam in parallelo per Tilen & in æquinoctiali tenere, vt latera quæ latitudinem cõplectuntur, ſint veris lateribus ac naturalibus terræ coæquata. Parallelum vero per Rhodum, in quo plurimæ probationes longitudinis diſtantiarũ factę ſunt, notare oportebit iuxta proportionẽ prędictã: quẽadmodũ Marinus retulit, hoc eſt ſecundũ ſeſquiquartã fere rationem circũferentiæ maximi circuli ad ipſum, vt longitudo noſtræ habitabilis quę magis nota eſt, latitudini eius commenſurabilis ſit. Qua autẽ forma modoqꝫ hæc tractabuntur manifeſtum deinceps erit. ſi quemadmodum opus eſt deſcriptionem in ſphæra proferemus.

Quomodo habitabilis noſtra in ſphæra deſignanda ſit.

CAPVT XXII

EIus magnitudinẽ intentio conſtituentes iuxta multitudinẽ locorũ deſignãdorum diſcernere poterit. vt facilitas ac ambitio porrigit. Quanto enĩ maior inſtituetur, tanto locorũ deſcriptio copioſior elatiorqꝫ perficietur. Quantacunqꝫ tamen ea ſit. eius ſphęræ polis aſſumptis cũ diligentia, per ipſos ſemicirculum ſuſpendemus, pauciſſimæ ita a ſphærica ſuperficiæ diſtantem, vt tantũmodo in ipſius circulatione nulla frictio fiat. Hic ſemicirculus ſtrictus ſit, vt per latitudinẽ loca plurima nõ occupet. Habeatqꝫ alterũ latus directe per puncta polorum extenſum, vt per ipſum meridianos inſcribere poſſimus Deinde idem latus diuidentes in centũ ac octoginta particulas, ſignabimus numeros: & a media ſectione quę æquinoctialem interſecat, vtriqꝫ principium numerorũ faciemus. Similiter æquinoctiali deſcripto: alterum ipſius ſemicirculũ diuidẽtes in ſimiles centum, ac octaginta particulas principiũ numeri in eiſdẽ ſigillatim poſiti faciemus ab ultimo illo fine, per quẽ meridianũ extremi occidẽtis habebimus. Deinde deſcriptionẽ incipiemus ab annotationibus graduũ longitudinis & latitudinis qui in cõmentarijs ſunt, & iuxta locũ quẽlibet ſigillatim in ſphæra ſcribemꝰ, reperto principio in ſectionibus ſemicirculorũ æquinoctialis & meridiani mobilis vt præmittitur. Hunc quippe transferẽtes ad notatũ longitudinis gradum: hoc eſt ad ſectionẽ æquinoctialis, quæ quęſitũ numerũ continebit: et diſtantiã latitudinis ex ipſa meridiani diuiſione ſumentes, iuxta notatũ vtrũqꝫ numerũ locum ſignemus, quẽadmodũ in ſphæra ſolida ſtellas figi ſolitum eſt. Meridianos ſimiliter licebit nobis inſcribere per quotcunqꝫ longitudinis: gradus placitum erit, vtentibus ipſo canone ſemicirculi pro linea. Pręterea parallelos annotare licebit per diſtantias latitudinis, ponẽtes inſtrumentũ quod eos inſcribet in propria diſtantia, quã quęremus in meridiani numero. Deinde illud traducemus vſqꝫ ad ambos meridianos, qui totam habitabilem intercipiunt noſtram.

Expoſitio meridianorum & parallelorum in orbe deſignandorum.

CAPVT XXIII

HI quidẽ cõplectentur horarum ſpacia duodecim, iuxta ea quę ex habita demõſtratione ſequuntur. Scribetur autẽ parallelus qui plagã magis auſtralẽ vltimo terminabit, tantũdem ab æquinoctiali diſtãs verſus meridiẽ, quantũ ab eodem abeſt parallelus per Meroen verſus ſeptentrionẽ. Nobis tamen æquũ viſum eſt: meridianos ſcribere inter ſe diſtantes per tertiã partẽ vnius hore æquinoctialis. hoc eſt, per articulas quinqꝫ earũ q̃ in æquinoctiali circulo ſignatę ſunt. Parallelos autẽ magis ſeptentrionales q̃ꝫ æquinoctialis ita notare libuit: vt primus parallelus diſtet ab eodẽ æquinoctiali quarta parte vnius horæ: et ab eodẽ abſit (vt Geometricæ rationes ingerunt) gradibus quatuor fere cum quarta parte. Secundũ differre fatimus ab ipſo æquinoctiali per dimidium horę, & ab eodẽ diſtare gradibus octo ac tertia & duodecima. Tertiũ hora dimidia & quarta, diſtantẽ gradibus duodecim & ſemis. Quartũ

hora una distãtem gradibus sexdecim cū tertia, ac duodecima: hicq per Meroen descriptus est. Quintū hora vna & quarta differre: distãtē gradibus viginti ac quarta fere. Sextū, qui sub æstiuo tropico est, hora vna & semis differre: distantem gradibus viginti & tribus & semis, ac tertia fere. Septimū hora vna & semis ac quarta differre: distantē gradibus viginti & septem cū quinta. Octauū horis duabus differre: distãtem gradibus triginta cum tertia. Nonū horis duabus cum quarta differre, distãtem gradibus triginta & tribus cum tertia. Decimū horis duabus & semis differre: distantem gradibus triginta & sex hicq per Rhodū describitur. Vndecimū horis duabus & semis cū quarta differre: distantē gradibus.38. ac semis & duodecima. Duodecimū horis tribus differre: distantem gradibus quadraginta & semis, ac tertia & duodecima fere. Tertiumdecimum horis tribus &.¼. differre: distantibus gradibus quadraginta & tribus & quarta. Quartum decimum horis tribus, & semis differre: distantem gradibus quadraginta & quinq fere. Quintum & decimum horis quatuor differre, distantem gradibus quadraginta et octo & semis, Sextumdecimum horis.4. et semis differre: distãtem gradibus quinquaginta & vno & semis. Septimum & decimū horis quinq differre: distãtem gradibus quinquaginta & quatuor fere. Octauum & decimū horis quinq & semis differre: distantē gradibus quinquaginta & sex. Nonū & decimū horis sex differre: distantē gradibus quinquaginta & octo. Vicesimum horis septem differre: distãtem gradibus sexaginta & vno. Vicesimū primum horis octo differre: distantem gradibus sexaginta, & tribus: qui per Tilen scribitur. Notabitur & alius versus meridiem post æquinoctialem: continens differentiam horę dimidiæ: qui per Raptum promontorium et Cattigara describitur: ferme per coæquales cum oppositis distans ab æquinoctiali gradibus octo cum tertia ac duodecima.

Præceptio ad describendam orbis in plano mensuram positione spærica. Siue qualiter in plano terra designetur.

CAPVT XXIIII

In descriptione in tabula symetriæ supremorū parallelorum seruãda via talis erit. Faciemus tabulã rectorū quatuor angulorum: vt A B C D. & sit A B ferme in duplo maior q A C. & supponatur quod latus A B in superiori situ locatū sit: qui erit plaga septentrionalis. Deinde A B diuidamus in partes æquales: & ad angulos rectos recta linea E F. Cui regulã cõmensurabilem ita adaptemus: vt per eandē mediam lineã quę est E F. hoc est recte crescat linea vsq G. & diuidatur E G in trigĩta et quatuor tales partes qualiū est G F centū & triginta vna et tertia ac duodecima: et per centrū G et per punctū in recta ipsius linea, quæ distet a centro partibus septuaginta

& nouē, circulū describemus: qui habeatur pro parallelo per Rhodū: vt H K L. Circa longitudinē vero quæ ex vtraq parte K spacia sex cõtinebit: sumentes distãtiam quæ est in K E linea meridiana quatuor sectionū, seu partium in parallelo per Rhodum per quinq diuisam: cum maximus] circulus sit fere sesquiquartus ad ipsum: ac taliū decem & octo sectiones ab vtraq parte K signantes in H K L circumferentia, habebimus puncta per quæ ducendi erunt meridiani a centro G: quorū quilibet ab altero distabit tertia parte vnius horæ. Quare meridianos habebimus: terminantes ultima G H M atq G L N. Deinde notabitur parallelus per Tilen in linea G F: qui distet a centro G sectionibus quinquaginta ac duabus: ut O P Q. Aequinoctialibus vero describetur distãs a centro G par- H

tibus centū & quindecim: vt R S T.
† Parallelus aūt qui est vltimus ver
sus austrū & oppositus parallelo per
Meroen notabitur: distās a centro G
partibus centū & triginta & vna cum
tertia & duodecima: vt M V N. Col⸗
ligitur etiā ratio R S T circūferentiæ
ad circūferentiā O P Q in eadem esse
proportione in qua centū & quinde⸗
cim sunt ad quinquaginta & duo iu⸗
xta rationē parallelorū qui in sphæra
sunt: cum qualiū partiū supponitur
G S, esse centū & quindecim: taliū est
G P quinquaginta & duarū. Quem⸗
admodū enī se habet linea G S ad G
P: ita se habet circumferētia R S T ad
circūferentiā O P Q. Relinquetur er⸗
go distātia P Q meridiani: hoc est ea
quæ intercipitur a parallelo per tilen,
& parallelo per Rhodū partiū vigin⸗
ti & septē. Distantia vero K S, ea scili⸗
cet quę a parallelo rhodiensi ęquino⸗
ctialē attingit, similiū partiū restabit
triginta & sex. Deinde S V, hoc est di
stantia quę fit ab æquinoctiali ad pa⸗
rallelū oppositū parallelo per Meroen
Relinquetur partium similiū sedecim
cum tertia ac duodecima. Pręterea qua
lium partiū est P V in latitudine cogniti nostri
orbis septuaginta & nouē cum tertia & duodeci
ma: aut vt ad integra perueniamus; partiū octo⸗
ginta, talium erit H K L media longitudinis di
stantia centū ac quadraginta & quatuor. habita
eorū ratione quæ supponūtur. Eandē enī ferme
proportionē habent quadraginta milia stadio⸗
rum latitudinis, ad septuaginta et duo milia sta
diorū longitudinis in parallelo per Rhodum.
Scribemus & ab eodem centro, et per puncta di
stantiarū a G ad S reliquos quotcunq; volueri
mus parallelos: centro rursus G & interuallis di
stantibus ab S per sectiones numero æquales
positis in distantijs ęquinoctialis. Licebit autē
nobis lineas quæ pro meridianis assumētur nō
describere rectas vsq; ad M V N parallelū, sed
tantū vsq; ad ęquinoctialē R S T. Post ea diui
dendo M V N circūferentiā in nonaginta coę
quales sectiones cum sectionibus paralleli per
Meroen numero ac mēsura: dabitur his coiun⸗
gere lineas meridianorū quę usq; ad ęquinoctia
lem recte perueniunt: vt quodāmodo videatur
situs qui vltra ęquinoctialem est declinare. ceu
R X & T Y. Relinquitur autē, vt pro facili loco
rum describendorū noticia strictā regulā con⸗
struamus, ęqualē in longitudine lineę G F: aut
G S tantū: ipsamq; in polo G figamus: vt tra⸗
ducta per totā longitudinē tabulę: alterū eius la
tus diligentissime adaptetur cum rectis meridia
norū lineis: quod fieri poterit, si regulæ ipsius
acies recte per mediū polum directa erit. Ipsum
deinde latus siue aciem centū & triginta ac vnū
spaciū, cum tertia & duodecima partiemur, seu
diuidem⁹: aut in partes lineæ G S centū et quin
decim: numerosq; in ipsis sigillatim notabim⁹:
exordiū ab ęquinoctiali sumentes. In his itaq;
numeris in regula positis poterimus ducere pa⸗
rallelos: ne meridianus qui in tabula notatus est
si easdem haberet ipse sectiones, cōfundat descri
ptiones vocabulorū in locis sibi cōterminis. Di
uidentes deinde ęquinoctialē in gradus cētum
& octoginta, qui spacia duodecim horarū am⸗
plectūtur: numerisq; eorū annotatis, in ipso iu⸗
xta meridianū magis occidentalem exordientes
aciem regulę traducemus ad notatū gradū lon⸗
gitudinis. Deinde per ipsius regulę sectiōes ha
bito latitudinis quā voluerimus numero: vtri⸗
usq; spacij locū in puncto captabimus: in quo
eū describemus queādmodū in spęra notatū est
Magis etiā similē atq; cōmensionē seruātes
facere poterimus designationem habitabilis no
strę in plano: si meridionales lineas per phātasiā
assumamus ad normā linearum meridionaliū
quę in spęra sunt, vt axis ipse nostri aspectus in
positione sphere transeat per sectionē meridiani
qui in aspectu nostro diuidit lōgitudinē nostrę
habitabilis, & per sectionē paralleli qui ipsius la
titudinē secat. Pręterea p centrū sphęrę: ut ęqua⸗
liter oppositi fines cōprehēdantur appareātq;.
PRimū autē vt habeatur quātitas in⸗
clinationis parallelorū & plani trāse
untis per annotatā sectionem, & cen
trum sphęrę rectos angulos faciētis
cum meridiano medio longitudinis: constitua⸗
tur maximus circulus hemisphęriū terminans
A B C D, & ipsius meridiani diuidentis hemi
sphęriū sit semicirculus A E C. sectio aūt quæ
ad aspectū est, tum huius: tum paralleli diuidē⸗
tis latitudinem sit E punctus. Ducaturq; per E
maximū circulū iterū semicirculus rectus ad A
E C, qui sit B E D. cuius videlicet planū secun
dum axem aspectus supponetur. Dimissaq; E
F circumferentia graduū viginti & trium & se⸗
mis cum tertia (tot enī ęquinoctialis distat a pa
rallelo per Syenem: qui medi⁹ fere totius latitu
dinis constituitur) scribatur per F semicirculus
æquinoctialis B F D. Inclinatū ergo videbitur
tunc planū æquinoctialis, & cætera parallelorū
aliorū ad planum axis aspectus per E F circum
ferentiā: quæ gradus habet viginti & tres & se⸗
mis cum tertia. supponatur igitur A E F C, &
E D recte pro circumferentijs, B E rationem ha

†
.5. enim est
maximus
circul⁹ qua
liū per rho
dum 4. qd
fere ratio⸗
nem habe⸗
at sesqui⸗
quartam.
Ab vtraq;
autem par
te ipsius K
oportet ca
pere. 18. in
terualla:
quorū qd
libet tali⸗
um est. 4.
qualiu; est
F H. i3i.
$\frac{1}{3}$ $\frac{1}{12}$
vt colliga⸗
tur totum
H K L ta
lium. 144.
qualiu; est
131.
$\frac{1}{3}$ $\frac{1}{12}$.

bente ad E F quã habent nonaginta ad viginti tria & semis cũ tertia, & ꝑducta C A, cadat centrum in quo scribitur B F D pars circuli: sitq; illud G propositũq; sit inuenire rationẽ G F ad E B. Ducatur ergo B F recta: & hac per mediũ diuisa in punctũ H, producatur & H G perpendicularis ad B F. cũ igitur qualiũ est E B recta nonaginta, taliũ E F ponitur viginti & triũ & semis cum tertia, eorũdem erit & B F subtensa nonaginta & triũ cum decima. Angulus autẽ sub B F E taliũ centum & quinquaginta cum tertia qualiũ duo recti trecentũ ac sexaginta. Reliquis vero angulis sub H G F viginti & nouẽ cum tertia: obq; id ratio G F est ad F H. eadẽq;



est centum & octoginta ac vnius et semis cũ tertia ad quadraginta et sex et semis cum vigesima Et qualiũ est H F recta quadraginta & sex et semis cum decima: taliũ est B E recta nonaginta. Vnde & qualiũ est E B recta nonaginta et F E eorundẽ viginti et triũ & semis cum tertia: taliũ habebimus G F rectam cẽtum et octoginta et vnius et semis cum tertia: & G punctũ: ad quẽ sic scribentur oẽs in tabula plana paralleli. His præmissis ponatur A B C D tabula in duplo maiorẽ iterũ habens A B cq; quæ A C: æqualẽ autẽ A E cum E B: et ad ipsas directã habeat E F, diuidaturq; æqualis quædam E F, recte in nonaginta partes vnius quartę. Reliquis igitur in F G, sedecim cum tertia et duodecima: et in G H viginti et tribus et semis cum tertia, et G K eorundẽ gradibus sexaginta et tribus, et posito G pro ęquinoctiali, erit quidem H circulus per Syenem ferme in medio habitabilis terræ locatus. F vero parallelus erit, australẽ plagã habitabilis terminans, et oppositus circulo per Meroẽ K aũt circulus erit per quem terminabitur situs septentrionalis, per insulã Tilen ductus. Deinde producta linea earundem sectionũ centum et octoginta vnius et semis cum tertia: aut solũ centum et octoginta, cum in nulla memorabili nota ob id designatio a se differat, a cẽtro E per distãtias F et H et K describemus Q K R, atq; O H P, atq; M G N circũferẽtias. Propria igitur ratio parallelorũ inclinationis ad planũ axis ipsius aspectus sic obseruabitur, cũ et hic axis inclinari debet ad H & rectus esse ad planũ tabulę, vt ęqualiter oppositi fines designatiõis in aspectu comprehendãtur. Vt aũt et longitudo correspõdens latitudini sit, cum in sphæra qualiũ est maximus circulus quinq;, taliũ fere parallelus per Tilen est duo cum quarta: per Syenem aũt quatuor & semis cũ duodecima, per Meroen quatuor et semis cũ tertia, opusq; est ad utranq; partem lineę meridianę rectæ F K decẽ et octo scribere meridianos, per tertiã scilicet partẽ vnius horæ æquinoctialis, ut absoluãtur omnes semicirculi qui a tota lõgitudine cõprehendãtur, sumẽtes sectiones secundũ quẽlibet triũ parallelorũ, quę ęquivaleãt quinq; gradibus pro tertia parte vnius horę: a K quidẽ per duos gradus cum quarta sectiones facientes, qualiũ est E F nonaginta. Ab H vero per quatuor et semis cũ duodecima, Ab F autẽ cũ quatuor et semis cũ tertia in eisdem ipsis. Post hæc scribentes per tria puncta distantiarũ ęquipolentiũ circũferentias, quę erunt pro reliquis meridianis velut terminãtes, totam longitudinẽ scilicet S T V et X Y Z, supplebimus etiã circũferẽtias pro cęteris parallelis a centro quidẽ L interuallis notatis in sectioni

bus F K secundum distãtias ipsarum ad ipsum æquinoctialẽ. Quod autẽ modus hic magis sit similis spæræ q̃ alter: hinc clare patet. Cum & illic manente sphæra, nec circũducta, quod tabulæ contingit: necesse est cum aspectus in medio figitur, vt vnus quidẽ meridianus qui medius est sub axe nostri aspectus cadit imaginem rectam lineæ præbeat. Reliqui vero qui ex vtraq; parte istius sint omnes vertantur ad hunc in ipsorũ curuationibus: et magis qui ab ipso plus distet. quod hic obseruabitur cum decenti curuationum proportione. Præterea commensurationem circumferentiam parallelorum inuicem, non solum ad æquinoctialem & ad parallelum per Tilen: quemadmodũ illic est propriam rationem habere: sed etiã in aliis q̃ maxime possibile. sit, veluti intueri fas est. Inde totius etiam latitudinis ad totam longitudinem: neq; solum in parallelo per Rhodum vt ibi: sed fere in omnibus. Si enim hic producamus S & V rectam quemadmodũ in priori pictura H R: & circũferentia minorẽ rationem habebit ad F S & K V q̃ oporteat in præsenti figura, cum comprehensa hic sit per totam H T: quod in æquinoctiali pariter accidit G M. Si vero correspondentem hanc faciemus ad K F latitudinis spacium: tunc F S & K V maiores erunt q̃ coæquationes ad F K, veluti H T. Si autẽ F S & K V seruemus proportionales ad K F, minor H Z erit ad K F q̃ proportio requirat: quemadmodum etiam minor est q̃ H T. Ex his igitur modus iste melior habetur q̃ prim⁹, sed ab illo etiã vincetur in facilitate designationis: cũ illic ab vnius regulæ circunductione, descriptio vno parallelo diuisoq; locari possit quilibet locus. Hic autem non similiter contingit: ob meridianorum lineas ad mediam flexas. Omnes enim circulos inscribere sigillatim oportebit, & locorum situs inter parallelos incidentes ex vtrorumq; rationibus coniectare. His autem sic habitis, magis & hic & vbiq; meo quidem iudicio tenendum est quod sit melius: quodq; laboriosius, q̃ id qđ deteri⁹ faciliusq;. Vtrũq; tamẽ formę seruãdę sunt: ob ea quæ facilius in opere adducũtur.

Qualium est ęquinoctialis. 5. talium est per Meroen. 4. et semis cũ tertia. vnde rationẽ habet ad ipsum quã habet trigĩta ad viginti et nouẽ.

Qualium est æquinoctialis. 5. talium est per Syenem: 4. & semis cum duo decima: vnde rationem habet ad eum quam sexaginta ad quinquaginta & quinq;: hoc est, quam duodecim ad vndecim.

Qualiũ est æquinoctialis. 5. taliũ per Rhodum. 4. vnde rationem habet ad ipsum sesquiquartam.

Qualium est ęquinoctialis. 5. talium per Tilen duo cum quarta: vnde rationem habet ad ipsum quam viginti ad nouem.

FINIS PRIMI LIBRI CLAVDII PTOLOMAEI·



CL. PTOLEMAEI VIRI ALEXANDRINI GEOGRAPHIAE LIBER II. hæc habet.

Expositionem plagæ magis occidentalis Europæ iuxta has prouincias seu satrapias.

Britaniam βρεταν αν.
Ispaniam ισπανιαν:
Galliam κελτογαλατιαν.
Germaniam γερμανιαν.
Rhætiam ραιτιαν.
Vindelitiam ὀυινδελιτιαν.
Noricum νωρικον.
Pannoniam παννονιαν.
Illyriam ιλλυριδα. atque
Dalmatiam δελματίαν.

Prologus generalis auctoris ad particulares libros subsequentes.

CAPVT I

insequētes habeāt, Signū his in prelio nō tuba, sed tympano dat̃, nec pugnare diu po
ssūt. Ceterū ītollerabiles essent, si quātus his impet⁹ est, vis tanta et p̱seuerantia foret,
Plerūq; in ip̃o certamīs ardore prelia deserunt, ac paulo post puguā ex fuga repetūt, et
cū maxīe vicisse te putes, tunc tibi discrimē subeundū sit. Munimētū equitib⁹ loricę
plumatę, idē et equis, quib⁹ bello vtunt̃ Auri argētiq; nullus olim nisi in armis vsus,
Vxoresq; dulcedīe varię libidīs singuli plures ducūt, nec vllū graui⁹ flagitiū, q̄ȝ adul
teriū vindicāt ob id etiā mulierib⁹ nō cōuiuia solū virorū, verū etiam cōspectū inter
dicūt. Quidā aūt, et in his Strabo cōiuges eos suas amicis in matrimoniū tradere, vt
liberos ex eis suscipiāt Carne nō alia vescūt̃ q̄ȝ venatib⁹ quęsita. Equis omī tēpore ve
hunt̃, his petūt bella, his cōuiuia adeūt, mercātur, colloquūtur oīaq; publica et priuata
obeūt mūia, equo sedētes atq; singulare illud inter ordīes discrimē, q̱ seruilis fortunę
viri pedib⁹ cōmeāt, ingenui equis vehūtur. Sepultura vulgo aut auiū aut canū lania
tus, ē Nuda demū ossa terra obruūt, deorū cura veneratioq; p̱cipua, Ingēia gētitū-
ida, seditiosa, fraudulēta, p̱caria qppe violētiā viris māsuetudinē foemīs assignāt.



TABVLA X ASIAE

DECIMA Asiæ tabula continet Indiã intra Gãgẽ fluuiũ τὴν ἐντὸς γάγγου ποταμοῦ ἰνδικήν. cum adiacẽtibus sibi insulis.

Parallelus ipsius medius rationẽ habet ad meridianum quã vndecim ad duodecim.

Terminatᷣ aũt tabula ab ortu India extra Gangẽ τῆς ἐκτὸς γάγγου ἰνδικῆς. Ab austro parte Gangetici γαγγητικοῦ. & Indici ἰνδικοῦ pelagi. Ab occasu Gedrosia γεδρωσίας. & arachosia ἀραχωσίας. et Parapanisadis παραπανισαδῶν. Ab arcto parte Imai montis ἰμάου ὄρους. quæ sub Sogdianis σογδιανῶν. & Saccis σακκῶν est.

Insignes in ea ciuitates.

Simylla σιμύλλα maximã diem habet ho: 12 1/2 1/3 1/12. fere. et distat ab Alexã. versus ortum ho. 3 & 1/3.

Hicq; sol bis in anno fit supra verticẽ quãdo distat a tropico æstiuo ex vtraq; parte gradibus. 31 1/3.

Muzeris μουζηρὶς maximã diem habet ho. 12 1/2 1/3. & distat ab Alexan. versus ortum ho. 3 1/3.

Hicq; sol bis in anno fit supra verticem, quãdo distat a tropico æstiuo ex vtraq; parte gra. 54 1/2.

Chaberis χαβηρὶς maximam diem habet ho. 12 1/2 1/3 1/12. aut. 13. fere. & distat ab Alexan. versus ortum. 4 1/12.

Sumuntq; solem bis in anno supra verticem: cum distat a tropico æstiuo ab vtraq; parte gradi. 47 1/2 1/12.

Palura παλουρα maximam diem habet ho. 12 2/3. & distat ab Alexan. versus ortum ho. 5 & 4/9.

Solemq; bis in anno supra verticem sumunt: cum distat a tropico æstiuo ex vtraq; parte gra. 7 8.

Caspira κάσπιρα maximam diem habet ho. 14 1/12. fere. & distat ab Alexan. versus ortum ho. 4 1/2. fere.

Bucephala βουκεφάλα maximam diẽ habet ho. 11 1/4. fere & distat ab Alexan. versus ortum ho. 4 1/3 & 1/30.

Palimbothra παλιμβόθρα maximam diem habet ho. 13 1/2. fere. & distat ab Alexan. versus ortum ho. 5 1/2 1/30.

Sumũt aũt solem bis in anno supra verticem distantem a tropico æstiuo ex vtraq; parte gra. 23 1/2 & 1/3.

Patala πάταλα maiorẽ diẽ habet ho. 13 1/3. fere & distat ab Alexan. ho. 3 1/2.

Barbari βαρβαρεῖ maximam diem habet ho. 13 1/3. & distat ab Alexan. versus ortum ho. 3 1/2 1/20.

Hic quoq; sol bis in anno fit supra verticem. distans a tropico æstiuo ab vtraq; parte gra. 27 1/2 1/3.

Barizaga maximam diem habet ho. 13 1/12. & distat ab Alexan. versus ortũ hor. 3 & 1/20.

Hic quoq; sol bis in anno fit supra verticem distans a tropico æstiuo ab vtraq; parte gra. 4 2/3.

Ozena maximã diem habet ho. 13 1/4. & distat ab Alexã. versus ortũ ho. 4.

Hic quoq; sol bis in anno fit supra verticem cum distat a tropico æstiuo ab vtraq; parte gradi. 31.

Bethana maxi. diem habet ho. 13 1/24. & distat ab Alex. versus ortũ ho. 3 1/2 1/4.

Hic quoq; sol bis in anno fit sup̃ verticem distans a tropico æstiuo ab vtraq; parte gra. 38 1/4.

Hippocura maximã diem habet ho. 13 1/2. & distat ab Alex. versus ortũ ho. 4.

Hic quoq; sol bis in anno fit supra verticem distans a tropico æstiuo ab vtraq; parte gra. 34 1/3.

Carura maximam diem habet ho. 13. & distat ab Alexan. versus ortum horis. 3 1/2 1/3.

Hic quoq; sol bis in anno fit supra verticem distans a tropico æstiuo ab vtraq; parte gra. 45 1/3.

Modura pandionis maximam diem habet hora. 13. & dista ab Alexan. versus ortum ho. 4 1/3.

Hic quoq; sol bis in anno fit supra verticem distans a tropico æstiuo ab vtraq; parte gra. 46.

Orthura maximã diem habet hora. 13. & distat ab Alexan. versus ortum horis. 4 1/3.

Hic quoq; sol bis in anno fit supra verticem distans a tropico æstiuo ab vtraq; parte gra. 46.

Pitynda maximam diem habet hor. 12 1/2 1/4. & distat ab Alexan. versus ortũ horis. 5.

Hic quoq; sol bis in anno fit supra verticem distans a tropico æstiuo ab vtraq; parte gradi. 60.

TABU LA X
Arie pars
Paropamisade
Paruetimontes
Drangiane pars
Arachosia
Betius mons
Geodrosie pars
Arbeti montes
Lambate
Darade
Bandare
Varsa regio
Pandano ru regio
Bucephala
Cathriaei
Cathriaei
Apocopi montes
Phillite
Larica regio
Tabasi
Ariaca
Theophila
Monoglossu
Barigaza
Sinus Canticolpus
Sinus bari
Bettigo mons
Pandiones
Brachmane
Heptanesia
Leuca
Cory
Miliaria 54
Miliaria 57 ½

Google

ASIAE
TI
PRE
mons
Culindrina
Conta
dachce
Persani
Matiche
Sambalaca
Samnaba
Adisathra
Cauagoza
Cindia
Gangesflu.
Gymnosophiste
Empelathra
Stagabaza
Bridama
Bardaotis
Corrina
Tama
Bassala
Ozza
Scythe ps
Bepyr rue mons
Bepirsflu.
Sagasa
Sambalaca
Indie extra Gangem pars
Sigalla
Maliba
Palimbothra re
Tamalices
Bepirsflu.
Gangesflu.
Mandale
Asthagura
Adisathri
Aspathis
Thorobana
Pornari
Maleta
dius mons
INDIA INTRA
GAN
GEM
Panassa
Balantipyrgum
Sageda
Adisatrus mons
Sangamarta
Bidiame
Tathilba
Dryllophylite
Bibium
Benagurum
Opotura
Tasopni
Sabrae
apud quos abundat Adamas
Ozoana
Cottonage
Dosara
Cartinaga
Cartasina
Ganges
Oroopharta
Salacetti
Magaris
Castra
Caliga
Mapura
Managara
Sippara
Bardamana
Cottobara
Coccala
Cosamba
Sinus Gangeticus
Ortura
Arvarni
Carmara
Podyca emp.
Melaga
Pitrundia
Canagara
Malanga
Nigamma
Codvara
Paluna
INDICVM
ARE
Clima 4.
Clima 3.
Clima 2.
Clima 1.

TABVLA X ASIAE

IN DECIMA et vndecima Asię tabulis India ītra et extra Gangē fluuium assignatur, quare de indorum regione et moribus binis illis in locis agere licet. India igit̄ regio orientalis Asię terminus, tā vasta phibetur, vt eam tertiā omniū terrarū ptem tradāt. Pomponius tantū litteris occupare scribit, quantū p quadraginta dies noctesq; velificantib⁹ cursus est, appellata a flumie Indo, in quē ob occidentali plaga desinit, a meridionali mari incipiens ad vsq; solis occasum porrigitur, et a septētrione vsq; ad montē Caucasum puenit gentes habet multas, et oppidis adeo exculta, vt quidā in ea quinq; milia fuisse dicant, nec mirū sit, vel de hoīm, vel de vrbium copia, cū soli Indi nunq; a natali solo recesserīt. Fluuios memorabiles Gangē, Indū et hijpanī habet, sed oīm maxim⁹ Ganges. Terra Fauonij spū saluberrima, in anno bis fruges metit, vice hijemis Ethesias patitur ventos. Vino caret, q̄quis non desinit qui hoc quoq; musicanū solū fere autumat. Nardū fere Australis ora fert et Cinamomū, piper et calamū aromaticū vt Arabia et Aethiopia, Ebenū arborē sola pducit, Psitacū auem, Monocerō bestiam Berillis Chrisoprassis adamātibus, carbunculis, lichnitib⁹, margaritis, vnionibus et gēmis pręciosis abūdat. Binę illic ęstates, leues aurę, temperius cœlum, vbertas soli aquarū abūdantia. Centū ob id et triginta annorū æuū eorum quidā, vt musicani agunt. Senibus vita aliquādo lōgior. Indis oībus est pmissa cesaries, nō sine fuco cęrulei aut crocei coloris, cult⁹ pcipuus cū gēmis, habitus discrepātissim⁹, alij laneis alij lineis peplis vestiūtur, pars nudi, pars obscena tm̄ amiculata, plurimi etiā flexibilib⁹ libris circumdati, niger vulgo corporis color, in materno vtro tales fiunt feminis dispositione quales ipsi sunt qui genuere. Genitale semē, vt Aethiopib⁹ nigrū statura pcera ac valida. In victu frugales sunt psertim ī castris, nec multa turba gaudēt, ornatu plurimo vt dixi vtunt̄, a furtis magnope abstinēt legib⁹ vtuntur nō scriptis, litteras nō norūt, sed oīa memoriter administrāt, et ppter simplicitatē ac vitę parsimoniam, oīa eis prospere succedūt. Vinū nō nisi in sacrificijs bibūt, potū ex oriza cōfitiūt et hordeo, cib⁹ magna ex parte oriza sorbilis est, In legib⁹ et cōtractibus maximā simplicitatē esse, vel ex eo argui potest, q̄ non multū sunt litigiosi, nā nec cōmissi nec depositi iura vlla hn̄t, nec testib⁹ indigēt, nec sigillis, sed simpliciter credūt, domū frequētius in custoditā hn̄t, q̄ profecto oīa continentię sunt. Multas nuptas hn̄t, quas a parentib⁹ accipiūt, pari bou emptas, alias obedientię gratia, alias prolis ac voluptatis, et nisi castas esse cogāt, fornicari licet Nemo ex indis coronatus sacrificat, nec adolet, nec libat, victimas nō iugulāt sed pręcluso spū necāt, ne quid mancū deo offeratur, sed integrū. Qui falsus testis deprehenditur, extremis decurtatur digitorū articulis. Qui membro aliq̄ quempiā orbauerit, non modo talionis pœnam subit, sed etiam manu truncatur. Quod si quis artifici manum oculumue ademerit, capitale est. Regis corpus empticeę mulieres curant qui regem custodiunt et reliquus exercitus manet extra portas.

TABVLA XI ASIAE

VNDECIMA Asiæ tabula cõtinet Indiã extra Gangẽ & Sinas. Parallelus ipsius medius fere eandem habet proportionem quam meridianus. Circumscribitur autem tabula ab ortu terra incognita, Ab austro parte Gangetici sinus, & pelago Indico, & sinu magno, & terra esset incognita, Ab occasu India intra Gangem. Ab arcto pte Scythię atq; Serica. Insigniorũ oppidorum Indię extra Gangem.

Tacola maximã diem habet horarũ ęquinoctialium 13. & ½ ¼. & distat ab Alexan. versus ortũ ho. 6 ⅓. Hic quoq; sol bis in anno fit supra verticem distãs a tropico ęstiuo ab vtraq; parte grad. 79 ½. Zabe maximã diem habet hora. 12 ¼. & distat ab Alexã. versus ortũ 7 ⅓. Hic quoq; sol bis in anno fit supra verticẽ, distans a tropico ęstiuo ab vtraq; parte gradi. 77 ½ ¼. Tosala maximam diem habet ho. 13 ½. & distat ab Alexan. versus ortum ho. 6. Hic quoq; sol semel in anno fit supra verticẽ in tropico ipso ęsti. Tugma maximã diem habet ho. 13 ¼. & distat ab Alexã. versus ortũ ho. 6. ½ ¼. Hic quoq; sol bis in anno fit supra verticẽ, distans a tropico ęsti. ab vtraq; parte gra. 15. Trilingum maximã diem habet ho. 13. & distat ab Alexan. versus ortũ ho. 6 ¼. Hic quoq; sol bis in anno fit sup̃ verticem, distans a tropico ęsti. ab vtraq; parte gra. 39. Mareura maximã diem habet ho. 12 ½ ¼. & distat ab Alexan. versus ortũ ho. 6 ½. Hic sol bis in anno fit supra verticẽ. distans vtraq; parte a tropico æstiuo gra. 57 ½. Rãdamar cotga maximã diẽ habet hor. 13 ½. & distat ab Alexan. versus ortum horarũ. 7 ⅓ 1/12. In Sinis Aspithra magnum diem habet horarum. 13. ½ ¼. & distat ab Alexan. versus ortum hora. 7 ⅓. Hic quoq; sol bis in anno fit supra verticem, distans a tropico ęsti. ab vtraq; parte gra. 39 ¼. Thinę metropolis maximã diem habet ho. 13. ½ ¼. & distat ab Alex. ad ortum ho. 8. Hic quoq; sol bis in anno fit supra verticem, cũ distat a tropico ęstiuo ab vtraq; parte gra. 53. ½ ¼ Cattigara statio maximã diem habet hora. 12 ½. & distat ab Alexan. polo australi supra terram elato ad ortũ ho. 7 ½ ¼. Hic quoq; sol bis in anno fit supra verticem, distans a tropico ęsti. ab vtraq; parte gra. 68 ½ ¼. Delta Abadei insula, vbi metropolis noĩe Argẽte a maximã diem habet ho. 12 ½. Similiter australi polo supra terrã elato. & distant ab Alexã. ad ortũ ho. 7 ⅓. Hic quoq; sol bis in anno fit supra verticem, distans a tropico ęstiuo ab vtraq; parte gradibus. 68 ½ ¼.

REGI interdiu dormire nõ licet, nocte cogit̃ cubilia per ho
ras mutare, idq; propter insidias, cũ in castris nõ est sępe
exit /nã et ad iuditiũ exit, et audit si hora est vt corp⁹ curet
quod strigilũ fit pfrictione, simul et audit, et atribus per-
frictorib⁹ perfricat̃ exit etiã ad sacrifitia tertio aduenationẽ
vbi Bachico more maxĩa mulierũ caterua circũfundit̃, sti
patores foris manẽt, via finib⁹ obtexitur, q si quis ad mu
lieres intro p̃uaricauerit, capita plectitur, pręcedũt eũ timpa
na et tintinnabula. Cũ in locis septis venat̃, assistũt ei duę tresue mulieres arma-
tę, Cũ vero in locis nõ clausis venat̃, ab elephãte sagittat, mulierũ aliquę incurri
b⁹ sedẽt, quędã in equis ac elephãtis, quemadmõ et militant omnib⁹ armis ex
ercitatę, multũ pfecto a nostris discrepãtes. Atq; hęc etiã a rerũ scriptorib⁹ dñr
q Indi Iouẽ pluuialẽ et Gangẽ flumẽ, et indigetes genios celant, et cũ eorũ ☞

TABU LA XI
140
144
150
154
160
37
34
30
24
20
14
10
4
Miliaria 50 et 400 stadia
Miliaria 94
Miliaria 55 $\frac{1}{4}$ et 457 Stadia
Miliaria 60
Sub Equinoctiali gd. longitud. latitud. 9tinet Stadia 400
9tinent miliaria 62 $\frac{1}{2}$
Seithae extra
unam montem ps
Emodi montes
Aminachae
Selampura
Eldana
Sagoda
Sapolus
Gangane
Tottonei
Canogiza
Cassida
Coannali
Eldana
Passalae
INDI
A EXTRA
Marun
Condota
Celidna
Adisaga
Lothe
Tosale metropol
Indiae intra Gangem pars
SINUS GANGETICUS
Trigliphon regia
Tropicus Cancri
In hac insula sunt conche, harumque incole nudi cotinue degunt vocanturque Aginnatae
MARE
INDICU
Circulus Æquinoctialis
bone fortune
Maniolae insule
Hic lapis gignitur herculeus ob hoc naves que ferreos clavos habet detinentur, incole antropophagi sunt
Sarusse insule
Harum incole antropophagi esse perhibentur
Sindae insule
Hi antropophagi sunt
40
144
150
154
160

ASIAE
164
170
174
180
10 paral. p Rhodum
9 parallellus
8 para. p Alexand.
7 parallelus
6 para. p Syene
5 parallelus
4 paral.
3 para.
2 par.
1 par.
1 para. versus austr.
2 par. versus austrū
37
34
30
24
20
10
4
9
Sericae pars
Seria montes
Semanthini
Semanthini Montes
Cacobae
Salatha
Basanare
Chalcidis regio
Cinnara
Sipibens
Cudute
Posinara
Daone
lariagara
Agimoetha
Barre
Tomara
Aspitha
Ringiberi
MAGNUS SINUS
Rhabana
Regio lestorz
Theriodis sinus
Sinus interior
Sinus perimulitus
AUREA CHERSONE
Satyrorum promōtoriū
Satyrorum insule
Sinarum sinus
Sinae
Satara
Catigara
Argentea metropolis
Saba
Sabaditae

rex capillos abluat, sollēnia celebrent, et maxīa dona mittant, diuitias suas certati ostendētes, In septem ordines olim diuisa gens fuit q̊rū primus philosophorꝝ erat, qui ceteris numero pautiores, honoreq; et dignitate apud reges longe ante ibant. Hij ab omni opere immunes neq; seruiunt cuiq;, neq; imperant, recipiuntq; a priuatis ea, quib⁹ sacra dijs faciāt et curā habeāt defunctorū, tanq; chari dijs, et quę fiant apud inferos pręcipue norint, Propterea dona plurima, honoresq; eius impedunt, multum enim ꝓsunt Indorum vitę, Nam anni principio cōuenientes siccitates, pluuias, ventos morbos pręducūt, ceteraq; quorū cognitio possit vtilis esse, futura enim audientes, tū populus, tum rex, et futura declinant mala, et bonis futuris imminent, qui autem philosophus falsa p̄dixerit nullam, preterq; q̃ perpetuo silet, pœnam subit. Secundus ordo est agricolorꝝ qui multitudine superātes alios a bello reliquoq; opere liberi, solis agris colendis temp⁹ impartiunt. Nullus hostis eos lacessit neq; spoliat, sed existimans illos in generi vtilitate versari ab omni iniuria abstinent, itaq; soluti metu agricolę terramq; libere colentes rerū afferunt vbertatem. Viuunt autē in campis cū vxore et liberis, neq; in vrbes cōmeāt, regi dāt tributū, nulli priuato licet agros possidere pręter tributum, et quintum quoq; fructuū partē regibus impēdūt. Tertium ordinem cōstituunt omnis gn̄s pastores, qui neq; in ciuitatib⁹, neq; villis morantur. Vtunt̄ tabernaculis, venatu ac retibus tutas a feris auibusq; regiones reddūt, hoc exercitio Indiā domesticā prestant, multis varijsq; tū bestijs, tū auibus sementi agricolarū infestis copiosam. Quartū locum artifices tenent quorū pars armis, pars rusticis instrumentis, alij alijs vtilibus rebus fabricādis vacāt hij nō solum immunes a tributo sunt, sed frumētum insuper a regia ꝑcipiunt. Quinto ordine milites, sed numero secundi, belli disciplina exercent̄, oīs ea multitudo armis dedita, tū equi elephantiq; bello apti ex regia victū habēt. Sextus est ordo Ephororum, hij quęcunq; in India agunt̄, inspitiētes regi referunt. Septimo loco existunt, qui publicis consilijs pręsunt numero paucissimi, nobilitate prudentiaq; maxime insignes.

TABVLA XII ASIAE

VODECIMA & vltima Asię tabula cõtinet Taprobanã insulam cũ cęteris insulis.

Parallelus ipsius medius proportionem habet ad meridianum eãdem.

Circumdatur autem tabula ab vtraq; parte Indico pelago.

Insignes Insulæ ciuitates:

Talacoris emporium maximam diẽ habet horarum æquinoctialium. 12 $\frac{2}{3}$ & distat ab Alexan. ad ortum ho. 4 $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{13}$.

Hic q; sol bis in anno fit supra verticem: cũ distat a tropico æstiuo ab vtraq; parte gradibus. 62 $\frac{1}{3}$.

Agadiba maximam diem habet ho. 12 $\frac{1}{2}$. & distat ab Alexan. ad ortum horis. 4 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{13}$.

Hic q; sol bis in anno fit supra verticẽ cum distat ab æstiuo tropico ab vtraq; parte gra. 69 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$.

Maugrammium metropolis maiorẽ diem habet ho. 12 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{12}$. & distat ab Alexan. ad ortum ho. 4 $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{12}$.

Hicq; sol bis in anno fit supra verticem: cũ distat a tropico ęstiuo ab vtraq; parte gradi 72 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$.

TABV LA XII
Miliaria 60
Vangana
Canathra
Aegidion
Orneon
Ante Taprobanā cohortes sunt insularz quas dicunt esse 1376: numero quarz noia tradunt hec sunt
MARE
Ammina
Monacha
Cartos
phileus
irena
Calandadrua
Arana
Bassa
Balata
TAPROBANA·INS·
Her diu antea Simundi insula dicebat: nunt autem Salica qui eam habitant Sale dicuntur mulierib9 velis omes fere tecti Nasat apud eos Orza Mel zinziber ꝛc.
Galibi
Margana
Modoti empor.
Mnduti
Anubingara
Nagadiba
Anurogrammu
Moagrammum regia
Ganges fl.
Semi
Soam
Sandocade
podura
Anubingara
prasodis Sinus
Bumasam
Malea mons
Nubartha
Naadduma
Sub hoc monte usque mare sunt elephantum pascua
Rhogandam
Hodora
Namgeri
Insula

INDIAE PARS
INDICVM
Nagadiba
Zibala
Zaba
EQVINOCTIALIS
Cumara
Alaba
3·para·hō·12·½¼·
·2·para·hō·12·½·
·1·par·hō·12·¼·
Equinoctial·hō·12·
·1·para·hō·12·¼

TAPROBANEN insulam anteꝗ̃ temeritas humana exquisito penitus mari fidem panderet, diu orbem alterum putauerũt et quidẽ eũ quẽ habitare, Antipodes crederẽtur/ verum Alexandri magni virtus ignorantiam publici erroris nõ tulit vlterius permanere, sed in hęc vsꝗ̃ secreta propagauit nominis sui gloriam. Missus igitur Onesicritis pręfectus classis Macedonię, terrã istam quãta esset, quid gigneret quomodo haberet exploratam noticię nostrę dedit/ patet in longitudine stadiorum septem milia/ in latitudine quinꝗ̃/ Scinditur amne interfluo. Nam pars eius bestijs et elephantis repleta est, maioribꝰ multo, ꝙ quos India parit. Margaritis scatet et gẽmis omnibꝰ sita est ĩter ortũ et occasũ. A Prasia indorũ gẽte dierũ vigĩti quinꝗ̃ prĩo in eã fuit cursus, sed cũ Papyraceis et Nili nauibus illo pergeretur mox cursu nauiũ nostrarum septem dierum inter factum est. Mare vadosum interiacet altitudinis non amplius senũ passuũ/ ceteris autem canalibꝰ adeo altum, adeoꝗ̃ depressum, vt mille vnꝗ̃ anchorę ad profundi illius ima potuerint peruenire. Nulla in nauigando siderum obseruatio, vtpote vbi septentriones nequaꝗ̃ aspitiuntur. Vergilię nunꝗ̃ apparent/ nam ab octaua in sextam decimam tantum supra terram vident. Lucet ibi Canopos sijdus clarum et amplissimum Solem orientem a dextra habẽt, occidentẽ a sinistra, sub Claudij adhuc principatu ęs signatum ignorabant/ pecuniam maxeĩ stupuisse tradũtur, ꝙ signata disparibus vultibus foret, parem tamen haberet morem ponderis / Excedunt homines corporum magnitudine alios omnes, Crines fuco imbuũt, ceruleis oculis, atroci visu, terrifico sono vocis, quibus immatura mors est, in annos centum euũ trahunt, alijs omnibus annosa ætas, et pene vltra humanam extenta fragilitatem. Nulli per diem aut ante noctem sompnus/ noctis partem queti destinant, lucis ortum vigilia anteuertunt/ ędifitia modice ab humo tollunt, annona semꝑ eodem tenore est/ vites nesciunt, pomis abundant/ colunt Herculem. In regis electione nõ nobilitas pręualet sed suffragium vniuersorũ/ populꝰ enim eligit spectatum moribꝰ et inueteratę dementię, et iam annis grauẽ. Rex quadragĩta rectores accipit, ne in causis capitum solꝰ iudicet et sic quoꝗ̃ si displicuerat iudicatum ad populum prouocatur/ a quo datis iudicibus septuaginta, fertur sentẽtia cui necessario acquiescitur. Quod si rex aliquo peccato argutus sit, ac conuictus, morte mulctatur. non tamen vt cuiusꝗ̃ manu tractetur sed cõsensu publico rerum omniũ interdicta ei facultate, etiam colloquij potestas punito denegatur. Culturę studẽt vniuersi, venatibꝰ indulgẽt, nec plebeias agũt prędas Tijgrides et Elephanti tantum requirantur. Maria quoꝗ̃ piscationibus inquietant marinasꝗ̃ testudines capere gaudent, quarum tanta est magnitudo vt superfities earum domum fatiat, et numerosam familiam nõ arcte receptet.

Digitized by Google

Hypertias
Boreas
Aquilo
M.TRADITIONEM.EXACTISSIME.DEPICTA.1522.L.F.
Vulturnus
Cecias
Subsolanus
Leucons
Eurus
Euro auster
Nothus
Auster
Euronothus
re congelatum
halor regio
Tangul
Cathaia
Sathia int imaum
ASIA
Serica regio
Sagdiana
Bactriana
Sathia ex imaum
Seta
Aria
Alexandria
Drangiana
Gedrosia
India superior
Cathaio
Quinsai
mangi
Madagascar
India intra gangem
India ex gangem
Nitri
colim
olosinga
Capbobana
Loac
conagora
Muesuli regnū
Sinus gangeticus
Sabana
Tine
Sinus magnus
Moabar
malliqua
Iaua maior
Madagascar
Lac
Nar
Seila
peuta
Mare indicū
Iaua minor
120
130
140
150
160
170
180
190
200
210
220
230
240
250
260
270
280
290

Digitized by Google

CVM PLEmentum vltimi LIBRI

PROVINCIARVM NOTARVM SVMMARIA ENVMERATIO. CAP. VI.

IN II LIBRO

IBERNIA insula Britanica. 11 58 ½.
Albion insula britanica. 20 54.
Ispania Betica. 7 ⅓ 38 ⅓.
Ispania Lusitania. 8 39 ½.
Ispania Tarraconēsis 11 42
Gallia Aquitania. 18 43 ½.
Gallia Lugdunensis. 23 48.
Gallia Belgica. 26 47.
Gallia Narbonensis. 22 44 ½.
Germania magna. 34 52.
Rhetia & Vindelicia. 32 ½ 26 ⅓.
Noricum 37 46.
Pannonia superior. 39 ½ 47.
Pannonia inferior. 41 45.
Illyris. 41 44.
Dalmatia. 44 42.

IN III LIBRO

I

TALIA. 46 ⅔ 41 ⅔.
Cyrnos insula. 30 40.
Sardinia insula. 31 38.
Sicilia insula. 39 36.
Sarmatia in Europa. 57 40
Taurica chersonesus 62 48
Iazyges metanastę. 43 48
Dacia. 49 45.
Mysia superior. 43 43.
Mysia inferior. 46 45.
Thracia. 45 45.
Chersonesus χερσόνησος. 54 41.
Macedonia μακεδονια. 50 41.
Epirus ηπῖρος. 45 38.
Achaia αχαΐα. 50 37.
Euboia εὐβοΐα insula. 52 37.
Peloponesus πελοποσενος. 51 36.
Creta κρητη insula. 54 35.

IN IIII LIBRO

APHRICAE PROVINCIAE. XII.

MAVRITANIA Tigitanica μαυρητανια τιγγανικη. 8 33.
Mauritania Cæsariensis μαυρητανια καισαρησια. 18 32.
Numidia νουμιδια. ½ 30.
Aphrica tota ἀφρικη ὅλη. 36 31.
Cyrenaica κυρηναικη q̄ dicta est Pentapolis πενταπολις. 50 25.
Marmarica μαρμαρικη. 72 29.
Libya λιβυη. 57 29.
Aegyptus inferior αἰγυπτος η κατω. 61 30.
Aegyptus Thebais αἰγυπτος θηβαις. 62 24.
Libya interioris Aphricæ η ἐντος ἀφρικης λιβυη 18 22.
Aethyopia supra Aegyptum η ἄνω αἰγυπτος αἰθιοπια. 62 12.
Aethyopia omnibus his australior η ἐντος πάντων νοτιωτατη αἰθιοπια. 50. Australis. 12.

IN V LIBRO

ASIAE η λειγου magnæ p̄uinciæ. 48.
Pontus πόντος. 48 48.
Bithynia βυθινια. 58 38.
Quæ proprie Asia dicitur ε ἰδιων ἀσια. 58 68.
Phrigia magna φρυγια μεγαλη. 60 38.
Lycia λυκια. 60 37.
Galatia γαλατια. 62 41.
Paphlagonia pisidia παφλαγονια πισιδια. 62 43.
Pamphylia Isauria παμφυλια ἴσαυρια. 61 37.
Cappadocia καππαδοτια. 65 39.
Armenia minor αρμενια μικρα. 71 39.
Cilicia κιλικια. 68 37.
Sarmatia Asiatica σαρματια η ἐνασια. 74 54.
Colchis κολχις. 73 45.
Iberia ἰβηρια. 75 45.
Albania ἀλβανια. 78 45.
Armenia maior ἀρμενια μεγαλη. 77 41.
Cyprus κυπρος insula. 66 35.
Syria κοιλη. 71 36.
Siria pheonicia 71 33
Syria palestina Iudea συρια παλεστηνη ιουδαια. 67 31.

Arabia petrea ἀραβια πετραια. 68 31.
Meſopotania μεσοποταμια. 73 37.
Arabia deſerta ἀραβια η ερημος. 75 32.
Babylonia βαβυλωνια. 78 32.

IN · VI · LIBRO

ASSYRIA ἀσσυρια. 80 37
Suſiana σουσιανη. 84 34
Perſis περσις. 90 32
Parthia παρθια. 96 37
Media μεδια. 83 39
Carmania deſerta καρμανια ἔρημος. 96 32
Carmania altera καρμανια ετερα. 99 25.
Arabia fœlix ἀραβια εὐδαιμων. 86 22.
Hyrcania υρκανια. 95 40.
Margiana μαργιανη. 103 40.
Bactriana βακτριανη. 116 41.
Sogdiana σογδιανη. 113 44.
Saces σάκες. 130 43.
Scythia intra Imaum montem σκυθια ἐντος ιμαου ὄρους. 120 56.
Scythia extra Imaum montem σκυθια εκτος ιμαου ὄρους. 150 46.
Serica σηρικη. 162 45.
Aria ἀρεια. 104 37.
Parapaniſadæ παραπανισάδαι. 117 35.
Drangiana δραγγιανη. 108 39.
Arachoſia ἀραχωσια. 115 30.
Gedroſia γεδρωσια. 115 29.

IN · VII · LIBRO

INDIA intra Gangem ινδικη ἐντος γαγγου ποταμου. 132 27.
India extra Gangem fluuii. ινδικη εκτος γάγγου ποταμου. 152 22.
Sinarum σινων regio. 172 16.
Taprobana ταπρόβανη inſula. 124 3.

Sic fiunt omnes noſtræ habitabilis prouinciæ nonaginta & quattuor.

Deinde Zodiaci in circulari ſphera deſcriptio. Quotquot gentes ſubiacent Zodiaco, his ſol fit ſupra verticem a Borea deſcendens ad Auſtrum, aſcendenſq; ſimiliter. Hiſq; ſemel in anno, aliis bis. Omnes autẽ qui ſub Zodiaco habitant ab occaſu ad ortum ſolis Aethiopes ſunt pari modo coloribus nigri: & hi maxime qui ſub circulo æquinoctiali ſunt abunde nigri fiunt. Qui autem extra lineam καθέλου Zodiaci incolunt, remiſſiores colore ſunt: & in albedinem tendunt ſecundum diſtantiæ rationem, vſq; ad Sarmatas υπερβορειους σαρμάτας. Eadem eſt ratio ab vtraq; parte equinoctialis verſus Boream atq; Auſtrum vſq; ad vtroſq; polos Zodiaci.

CLAVDII PTOLEMAEI
viri Alexandrini Geographiæ
libri octo finiunt.

τελως.

Hosted by Google

FINIS VIII & ultimi LIBRI

EXPLICIT GEOGRAPHIA

PTOLEMAEI CVM SVIS ADDITIONIBVS.

SEQVVNTVR nunc aliȩ tabulȩ a modernioribus fabricatȩ tum ob raritatis dilectionem, tum etiam propter Calcographorum auiditatem, qui modo non nisi maxima cartarum congerie satiantur. Hijs igitur ad complacēdum, paucula tergis illarum tabularum affigere licet / ne dicta reiterata, garrulitate piū perterreant lectorē. Exhortatūq; aduenio, volentē Geographiæ oculos infigere non propter Hijacinctum sed Coccum, autoris antiquam traditionem frequentius quam recentiorē animaduertat.

POST TABVLÆ NVMERO

VIGINTI SEQVENTES SESE ORDINE SVO SIC LOCANTVR.

HYDROGRAPHIA siue Charta marina: continens typum Orbis vniuersalem iuxta Hydrographorum traditionem.

Decem particulares tabulȩ Europȩ.

1 Oceani occidentalis, seu Terrȩ nouȩ.
2 Ibernię. Angliæ. & Scotię.
3 Ispaniæ.
4 Galliæ.
5 Germaniæ.
6 Hungarię / Polonię / Russię / Prussie & Vualachię.
7 Norbegię / & Gotthię.
8 Italię / Sicillię & Sardinię.
9 Italię & Sicillię altera.
10 Bossinę / Seruię / Grecię & Sclauonię.
11 Bossinę / Seruię / Grecię & Sclauonię.

Duę particulares tabule Aphricę / ex Chartis Portugalensium sumptę.

12 Primę portionis Aphricę.
13 Secundę portionis Aphricę.

Tres particulares tabulę Asię.

14 Asię minoris prima / siue maior Turcia.
15 Terrę sanctę / siue Iudeę Palestinę et c.
16 Indici maris accolas hęc habet.

Quattuor deinde Chorographię / particulariores & magis extensę prędictis tabulę.

17 Chorographia eremi Eluetiorum.
18 Chorographia prouincię Rheni.
19 Chorographia Cretę.
Chorographia Lotharingię.

TABVLA TER: NOVAE

CRISTOPHORVS Columbus natione Ita
lus, patria Genuensis, gente Columba, vir erat
procera statura, colore ad rubedinem inclinato,
fatie oblonga Is cū diutius in regia reg. hispa
niarꝫ inuictissimi diuersatus fuisset animū indu
xit. vt hactenus ĩ accessas orbis ꝑtes perꝗ dili
gēter pagraret petiit propterea rursus ⁊ iterū in
stantissime ab rege memorato, vt voto suo tam
pio nō deesset. futurū sibi ⁊ toti Hispanię decus preclarꝫ adseuerabat
si sua opera et impensa nouas in accessasꝗ regiones nactus foret ⁊ ad
id opus nauandum vltro se offerebat: nam pollicebatur plures posse
nācisci in occidēte insulas. quę adusum immo ad delitias mortaliū mi
nime forēt inepte. ⁊ in primis in hiis insulis quę ꝓter minę sunt Indię
inuenire posse arbitrabatur baccas idest vniōes lapidesꝗ preciosos fe
re omne genus. necnon Aromata omnifariam. auriꝗ plurimum. hęc
meditantē rex et regina identidez deriscre, vt pote cogitantē inania, et
pensi nullius: vertebaturꝗ hic sermo prope in fabellā: tandem pactis
annis octo insistente adhuc columbo cepit rex his sermonibꝰ aures pre
stare attētiores. decreuitꝗ post multa experiri viri igeniū. ꝓpea in effe
ctū huiꝰ celebris instituti. iussit Liburnicā vnam. ⁊ celoces duas omni
annone armētorumꝗ communiri: quibꝰ expedit. prima Septembris
luce. M cccc. xcii. soluit ab hispanis littoribus ⁊ diu optatū inter ag
gressus est. Itaꝗ soluit, agadibus iter fatiens versus insulas fortuna
tas, quas nunc Hispani appellant canarias, ob id ꝙ canibus maxime
abundent. antiqui vero fortunatas dicebāt: hę enim absunt agadibus
M. M. cc. prout ipsi coputāt suas leucas. dātes vnicuiꝗ leucę M.
mi. Fortunatas ꝓpterea eas dixer: ob aeris mirā tēperiē, coeliꝗ clemē
tiā. sunt in climate ꝑ Sienē versus meridiē, eas incolunt ferę gentes
quibꝰ nulla est religio, nullus dei timor, nulla verecūdia, vt pote q̄ nudi
incedūt vsqueꝗ, eo columbus concessit aquę non nihil sumpturus vt

TABV
OCENVNVS
PARIAS
ISABELLA INSVL
SPAGNOHA
Babuea
Someto
magnana
Santa
matubiza
y.decareme
Cary
Tarruga
iamuranaia
Botiquem
iamaiqua
Spagnolia que et Ofpur vocat̃ gignit aurũ, masticẽ, aloẽ
porcellanam, canellam et zinaberẽ Latitudo insule 4 4 0
milliaria longitudo 8 8 0 milliaria. Et inuenta est per
Christophorũ Columbũ Ianuẽn Capitaneum Regis Castilie an
domini 1 4 9 2. Agricole loco panis vescunt̃ serpentibus
maximis et radicibus dulcibus saporẽ castanearũ prese
tentibus.
y.delampossa
Lasgaias
y.delos Canibales
laponta delas galeras
Hoc mare est de
aqua dulci
Rio grande
Hec terra cum adiacentib insulis inuenta est p Cristoferum
Columbum ianuensem ex mandato Regis Castelle
TERRA
NOVA
Reperitur hic anial habens reseruaculum quo suos pullos secum
non nisi lactandi tẽpore emittit Tale regi hispanie Granale oblatũ est
Quelibet Hazi diuisi
onũ continet Mili ital

Hosted by Google

vel inibi sotii prius parũper ɔquescierẽt. q̄ atrocioribus assuescerẽnt labori
bus: nam qui sulcant maria incompta, his necesse est prope labores: innu/
meros exanclare. soluẽs igitur illinc arabat maria et per dies. xxxiii. totidem
q̄ noctes nauigãs versus occidentẽ, nihil telluris vnq̄ apparuit. tandez e spe
culo quispiã insulas quasdam conspicatus est propius accedẽtes videre insu
las sex. quarum due erant vastissime, eis q̄ nomina indidit alteram Hispa/
niã, Joannã alteram nuncupauit. Joannã non satis compertã habuere vtrũ
foret insula vel ne, dum tamẽ eius latera legũt, audiuere innumeros, auium
concentus, & inprimis lusciniarum, que densissimis nemoribus inerrabant,
mense Nouembri. inibi etiã ɔsperere limpidissima fluuia eademq̄ adpotan
dum suauissima, portus magnos celebresq̄, & cum vento Choro nauigarẽt
ꝑuecti sunt magis secus insule littora, nusq̄ tamẽ ad calcẽ peruenere. cum igi
tur progressi fuissent fere. Dccc. et nullũ terminũ adhuc comperissent credi
dere continẽtem fore. propterea decreuere gradum referre, impellente pelagi
seuitia. nam malus idest arbor nauis nutare incipiebat. conuertit itaq̄ nauẽ
adorientẽ et mox deuenere ad eam insulam que d̕r Jspana, & cũ sũme, appete
rint terrã explorareq̄ ad aquilonẽ vergebant. & iam limiti terre appinquanti
bus condicto ratis maxima ĩscopulũ quẽdam colisa est adeo, vt iam adhisce
ret, verũ submergi nequiuit ob planitiẽ saxi. mox accurrũt cum ciimbis viri
celocis alterius, & sotios efaucibus Neptuni eripuere fere moribundos. cum
terrã appulissent conspecti sunt ab incolis eius insule, qui ꝓtinus effuse fuge/
runt in nemora densissima. non aliter q̄ si fugacem leporẽ consectaretur can/
is. genus in auditum nostri tum vestigia ꝓsequũtur fugiẽtium, & mulierem
quandã corripuere, quã cũ ad naues reduxissent. vino & obsoniis ꝓpe disten
tam, & eleganter vestitam missam fatiunt, nam ipse nudi incedunt, & huma/
niores omnino ignorant delitias.

TABVLA NOVA

HIBERNIAE ANGLIAE ET SCOTIAE.

DE ANGLIA ET HYBERNIA in prima Europę tabula, Satis dictum est. De Scotia aũt hoc in loco aliquid dicendum est. Scotia est suprema Anglię pars ad septentrionẽ tenui freto siue fluuio ab insula dirempta, nec procul inde Hybernia, Hyrlandiã vulgus vocat, indiscreti insulanorum habit⁹, indiscreta fere omnia, eadem lingua, ydem mores, subita ingenia, et in vltionẽ prona, ferotiaq; inbello insignis, sobria et inedia patientissimi. elegãti forma sed cultu negligẽtiori/Scoti a pictura corporis nũcupati vt quidam arbitrantur, vetus et vulgare fuit pectus brachia manus encausto figurare/quod inpaucis hodie seruatur, atq; ysdem syluestribus, veteres scriptores, Britannorum fuisse aiunt, quando inpugnã ituri essent. corpora sibi tingere, ad terrorem vt credere par est. Inuidi natura, ac ceterorum mortaliũ contemptores. Ostentant plus nimio nobilitatem suam, vt insumma etiam egestate suũ genus referant ad regiam stirpem. Gaudent mendatio, nec pacem colunt vt ceteri Angli. Scribit pius pontifex dies ibi brumales trium ferme horarum esse/ ceterum et illud mirabile in ea gente obseruasses, mendicantes circa diuorum templa lapides in elimosynã a pretereũtibus congerere, quib⁹ ad vsi ignis vterẽtur. Caret lignis ea regio, lapis qui datͣ sulphurca est materia aut certe p ignis. Refert quoq; AEneas in vestigatam a se ibi esse arborem sed non repertam, cuius caduca folia in subiectum amnem prolapsa in volucres verti dicerentur. adijcit audiuisti postea alocorũ piritis id miraculi in Orcadum vna spectari.

TABV
HIB
OCEANVS OCCIDENTAL
HIBERNIA SIVE
IRLANDA
58
57
56
55
54
53
52
51
50
49
Argati
Iodel
Saluaga
Iedros
Danchuli
lender
bra
liban
purgatoriũ S Patrity
laronell
cliga
Abram
Cornadella
Reba
Regia
Roys
Lamerich
Castombre
Santbrandin
ladeng
Braschet
Brazil
drauert
boreal drosey
Ganaford
Verforde
Chenofrit
Estanforda
Careforda
Irlanda
Solinga
Stala Germaica
10
20
30
40
50
60

BER
NIÆ
SCO
OCEANVS
GERMANIC
DACIE
PARS
GERMA
NIE
PARS
GALLIE PARS
SCOTIA
ANGLIA
S. Johes
S. Andreas
Caledonia
silua
londra
Albis fl.
Rhen fl.
58
57
56
55
54
53
52
51
50
49

Hosted by Google

TAB. MO. HISPA.

TABVLA ſecũda Europę de hiſpania ſatis dictũ eſſet, ne tamẽ aliquid in noſtro opere vacuũ maneat paucula de moribus hiſpanorũ ſubſequũt̃, Hiſpanorum fœminę res domeſticas agro rũꝗ culturas adminiſtrant, ipſi vero armis et rapinis inſeruiunt, breui vtunt̃ veſte ac nigra lanam habẽte ſimilem caprarum pilis. Peltas in bello paruas ex neruis confectas quibus tegatur corpus habẽt, his in bello ea agilitate vtunt̃, vt et ictus et ſagittas euitent, Iaculis ferreis hamatiſꝗ vtuntur, galeasꝗ ferunt æreas criſtatis palmis, gladios ex ferro puro ad palmi menſurã, quibus in conferta vtũtur pugna. Ferrũ ſuo more ad confitienda arma preparant. Nam ferreas laminas in terrã abſcondẽtes, ibi tamdiu eſſe ſinũt, quod debiliori parte, ferrugine abſumpta validior ſuperſit, exeo tum enſes fortiſſimos tũ cetera ad belli vſum arma neceſſaria cõponũt, hoc pacto fabricata adeo cedunt omnia, vt neꝗ ſcutũ, neꝗ galea, neꝗ aliud quod eis obſiſtat duobus gladijs fulti, cum equeſtri certamine ſuperiores euaſerint, exequius deſiliũt et pedeſtrem adiuuant pugnã. Iaculis longe iaciũt et ſumma arte, inatie diutius perſeuerant, mobili corpore leuiꝗ, facile fugiant hoſtem et inſequãtur. Bella adnumerũ aggrediantur, hoſti obuiant cantando, In pace choreas leui ſaltu exercẽt, cũ quadam crurũ agilitate. Erga nepharios homines atꝗ hoſtes crudeles ſunt, cum aduenis humani atꝗ hoſpitales, aduenĩetes enim externos hoſpitio benigne recipiũt, adeo vt emulatione quadã ꝑ illorũ honore certẽt. Quos aduenę ſequunt̃ hos laudant, amicoſꝗ deorũ putant. Mulieres ferrea monilia collo geſtant ſupra verticẽ corn͞os incuruos habentia, et ante frõtem longius incumbentes, ad quos cũ velint velum attrahũt, vt extentum fatiei vmbraculũ prębeat, idꝗ ipſe pro maxĩo ducunt ornamẽto. Quadã item in parte tijmpanulũ circumducitur ad poſteriores ꝗ in occipite neruos capiti vſꝗ ad auriculas adſtrictũ, in altum latumꝗ ſupinatur. Alię ſinciput expilatũ enudant, adeo vt amplius q̃ frons ipſa pateat. Aliquę impoſitũ ad pedis menſurã in ſublime ſtilum erigunt, cui cęſariem circumtexunt, deindeꝗ pileo nigranti exornant.

Hosted by Google

HISPA
GALLIE PARS
pirenei Montes
Saragosa
Tortosa
Tarragona
Valentia
Cartagenia
MARE LIGV STI CVM
ARRA ETCAT TA
GON
LO NIA
Minorica
Maio rica
Emza
Cormedera
44
43
42
41
40
39
38
37
36

T·A·MODE·GALIE·

OBSERVANTISSIMI itaq; ho-
die verę pietatis sunt Galli: regis mpe
rium late omnia tenet, Coronatis
abundat aureis (quos vulgo Coro
nas nuncupamus) scutis. Matrimo
nia, Italico ritu celebrant, liberales
artes multis curę existunt, et diuina-
rū artiū studia Gymnasium quod
Parisius est. id demonstrat, omniū quę hodie sunt in terris
celeberrImum. Sunt. et romanarū litterarū appetentissimi,
ac latinarum ęmuli, in eo studiorū genere, nec greca asper-
nātur: Penes magistratus iuditia sunt, regū est hos legere:
in bello cataphratto equite vtū tur, peditecq; leuiter armato
vtuntur et sagittarys qui longiores in tendūt arcus: nec cor
neos vt Scythę et totus fere oriēs, sed ex Taxo, aliaue durio-
ri materia, comitantur bellica tormenta exercitum: curribus
vehuntur: magis ordine q̄ agminibus dimicant, maiori
ferotia q̄ arte, quam q̄ hanc in administrādo bello haud
negligant. Atallos vocant Caduceatores, hij belli pacisq;
nuntij colunt regē incredibili affectu, multa religio intēp
lis in religione sanctitas: sacrorū antistitū maiestas, in clero
dignitas et veneratio multa: frequens in cerimonia cantus.
et ob eam rē musicę studiū his prope modū peculiare: in
vestitu et calceatu, vel nostra memoria variatū, me puero (
inquit Sabellicus) gallicę gentis omnes aulici citra clerū
amitiebantur: manicato sagulo, vix dimidias nates tegēte,
in multas scutulas ab imo ad summū conplicato puluina
tocq; circa humeros: Calcei anteriori parte in tenue cornu
protenti semipedalis longitudinis, qualis nunc spēs visi-
tur ingētilibus auleis. tegmē capitis id Biretū dicūt, ob lon
gū, ac veluti inconū exiens: at nūc omnia mutata. calcei
a fronte vehementer expansi in modū vrsini pedis. retro
castigatior forma, ac vix calcāei capax: laxior vestitꝰ ac mul
to demissior q̄ antea, ad media fere crura descendens, laxis
manicis ab vna parte desectis, tenye versicoloribus tectis &
ex obliquo cancellatim sago assutis: Laxus pileus ac pluri
mū pūnicei coloris, sed Biretū multo laxius male capiti ad
hęrēs vt nihil sit alioq ipsa gēte cultiꝰ, cœpit his paucis an
nis nostrorū hominū animos incredibile studiū eius cul
tus imitādicq; adeo mos inualuit, vt tota, fere Italia Galli
co spectet habitu, manifesto pręsagio eorum quę postea se
quuta sunt. Muliebris aūt habitꝰ mutatꝰ fere nihil cernit.


TABV
MDE
ANGLIE PARS
MARE GALLICV
HISPANIE PARS
BRITTANIA
NORMANDIA
G A
LIMOS IN
BERRY
AQVITA
NIA
GVASCO
NIA
nantes
Bordeus
Tolosa
51
50
49
48
47
46
45
44
43
42
41
40

GALIE
GERMANIE PARS
ITALIE PARS
MEDITERRANEV
Selandie
Emerich
FLANDRIA
FRANCIA
Amiens
Rotomagus
Tornaci
Colonia
LVTSABVRG.
Confluencia
Maguncia
Treueris
Vormatia
Metis
Remis
parisius
Estampes
CAMPANIA
IOTH ARINGIA
Spira
Basilea
Constantia
BVRBON
BVR GVNDIA
SVICERI
AVERNIA
SABAVDIA
Lugdunu
Turia
ALPES
LANGVE DOC
Mons pessolgn9
Arle
55
54
53
52
51
50
49
48
47
46
45
44
43

TAB. MO. GERMA.

TABVLA quarta et quinta Europę
de nonnullis germanię populis ac eo
rum moribus dictum est, nunc aut
de ceteris, quę locis allegatis emissa
sunt dicendū erit et primo de Boe-
mia. Boemia regio, Germanię fini-
bus inclusa, aquilonis flatibus ob
iacet. Latitudo eius longitudini fe-
re par, trium forte dierum iter. Silua hercinia tanq; natiuo
muro vndiq; cingitur. Albi fluuio media irrigatur, atq;
quodam alio Multauio nomine, ad cuius ripā Braga si-
ta est, amplissima vrbs et totiꝰ regni caput. Solum hordei
et tritici ferax, pabulo pecore atq; piscibus abundat, olei ste
rilis est, quemadmodū Germania ipsa, vino non omnino
caret, ceruisiam optimam facit, quę Viennam vsq; Austrię
vehitur, Boemi licet germanis vndiq; circumsepti sint, ger
manica tamen lingua nō loquuntur. Dalmatarum aduen
tu teutonica illinc pulsa, etenim in eorū annalibus repitur
fratres duos ex Croatie populis egressos alterum in Boe-
mia, alterum in Polonia consedisse, mutasseq; et gentibꝰ
prioribus linguam et terris nomina Volaterrano authore
Mos vetus et germanica lingua a plerisq; in hanc vsq; di-
em obseruantur, In templis enim plebes sermone teutoni-
co docentur, in cōmertijs Boemico. Solis mēdicātibꝰ olim
libertas fuit, qua vellent lingua populos instruere. Nulli
leges sunt nulla sanctiora instituta quodlibet licet, quippe
Christianę fidei non solum non cultus, vt qui Vualden-
sium sectā amplexi tutentur, tum auorum nostrorum me-
moria Hussitarum veneno infecti. Orthodoxę fidei cultū
parum hodie integre custodiunt, Romanum pontificem
inordinem redigunt, negantq; ceteris angustiorem esse ac
venerabiliorem, inter sacerdotes nullum discrimē ducētes,

DE SAXONIA

SAXONIA germanie particularis regio, a Saxonibus
populis nomen accepit, quos quidam reliquias Macedo
nici exercitus, qui secutus magnum Alexandrū, immatu-
ra ipsius morte per totum orbem sit dispersus. esse dixerūt
Quidam eas a Brittania querendarum sędium causa naui
gijs digressos Germanię adnauigasse et propulsatis Thu-
ringis eorum terrā occupasse. Erat enim saxonica gens ab

TABV
MODE
SCOTIE PARS
MARE
GEMANICV
48
47
46
44
44
43
42
41
40
49
48
47
46
44
ERISIA
Emde
SAXONIA
bremen
werden
Hamburg
Lubeck
Stade
VAESPHALIA
osenbruck
münster
GE
HOLAND
Amsterdam
Seland
Schwol
deventer
Emerich
Colonia
Aquisgranū
Confluentia
Treueris
Maguntia
wormatia
Heidelberg
Spira
Hagenau
Argentina
Selestat
Colmaria
Basilea
Costātia
Vlm
Rhenus
HASSIA
marburg
GALLIE PARS
AV STRA SIE PARS
SVEV
Solatorn
Zofinge
Lucerna
SVI CIA
A L P E
GALLIE PARS
ITALIE
Sala Miliariū
1518
4
10
14
20
24
30
34
40
44
40
44


GERM
SCANIE PARS
DACIA
Seclandia
Falster
Olaland
femarn
bernholm
PRVSSIE
PARS
POMERAN
MAN IA
MARCA
POLONIE PARS
SCHLE
SIA
BOHEMIA
MORA
VIA
VNGARIE
PARS
BAV
RIA
AVSTRIA
Berlin
Stetin
Rostock
Magdaburg
wittenborg
Torga
Lypsg
praga
pilsen
Regensburg
danubi fl.
wiena
Saltzburg
Schadwien
Villach
Cilia
lubiana
Agram
Saus fl.
Raeb
Radkelsburg
Gretz
48
47
46
44
44
43
42
41
40
49
48
47
46
44
70
74

initio inquieta nimis finitimorum sedibus infesta, domi tamen pacata et ciuium vtilitatibus placida benignitate cõsulens, generis quoq; ac nobilitatis suę prouidissimã curã habens, nec facile vllis aliarũ gentium vel sibi inferiorũ cõnubijs infesta, propriũ sincerũ et tantũ sui similem poplm facere conata, vnde habitus quoq; ac corporum magnitudo, comarum color tanq; intanto numero hominũ idem penę omnibus. Quattuor in genere differentias habuit: Nobilium, liberorũ, libertorum atq; Seruorum, et id legibus cautum erat ne vlla pars suę sortis oblita terminos in copulandis coniugijs transgrederetur, sed nobilis nobilẽ, duceret vxorẽ, liber liberã, libert⁹ libertã et Seruus ancillã.

DE FRANCONIA

FRANCONIA siue frantia orietalis Germanię pars et fere meditullium. a Sycambris quibus Valentiani cesaris tempore ob Halanos deuictos francorum nomen contigit appellata. Regio latis ac densissimis sylvis, asperisq; montibus clausa, difficulter adiri possunt, intus plana est innumeris turritis oppidis, castris et pagis exculta. Sylua quę Hercynia dicitur ęditissimis iugis per circuitum obfirmans eam veluti natiuo muro ambit. Moganus nauigabile flumen Sala et Thuberus, Neccharus etiam perlabuntur, valles inquib⁹ decurrunt amplę et profundę sunt, earumq; vtraq; latera vitibus cõsita, vinũ producunt, quod obsui prętantiã ad remotissimas gentes transportatᵉ. Terra preterq; ea pars quę norica hodie vocat, atq; vbi fluminibus vicinior est, arenosa nimium nõ est, vt Aeneas Syluius, scriptum reliquit, nec nimiũ etiam silicosa, fertilis oĩs est, hordeum, triticum et omne frumentum legumenq; satum multo cum foenore reddit, Nulla Germanię prouintia plures et maiores cepas gignit, nulla grandiora rapa et caulis capita, et in hoc Colmarensibus fore par esset. Adde Glycerhyssam radicẽ melleam, quę in Babenburgensi agro tanta copia effoditur, vt ingentes currus ea onerari videas,

TABV. MODERNA
HVNGARIAE, POLONIAE, RVSSIAE, PRVSSIAE, ET VALACHIAE.

LIVONIA verę fidei cultrix, Ruthenię ad septentrionẽ prętenta, et ipsa Sarmaticis finibꝰ, Tartari Scythicũ hoĩm genus crebriꝰ incursant Liuonianos ad christi cultum milites nostri traxere cũ antea nullũ nisi malorũ demonũ nouere, sepius vario euẽtu de regni possessione ĩ ea terra bellatũ. Sarmaticũ mare ab occasu sinusq; in compte magnitudinis/cuius hostiũ ab occidente est/nõ ꝓcul a Cymbrica Chersoneso, quã Datiã hodie vocant/circa sinũ ad septentrionẽ semi fere gentes sunt, cũ quibꝰ nullũ est linguę conmertiũ, nutu et signo ꝑmutãt merces. Prussia vnde pruteni, terra hodie Germanię et Sarmatię particeps a meridie illi occurrit, Eã terram si (Ptolemęus verus author est) Vistula pluit à Torno oppido Gedanum vsq;/q̊ in loco Balthco mari infundit/ad Sarmaticũ oceanũ extensa circa Vistulã vltra Germanię est/ad orientẽ Solem et meridiẽ Masouitę sunt et Poloni accolũt, ad occidentẽ Saxones. Prusię solũ ferax est, maxĩeq; frugiferum, irriguũ, frequẽs cultꝰ, regio amoena et pecoribꝰ abũdans, piscatꝰ venatioq; multa Est Prusię atq; Lithuanię contermina regiuncula, quę Samogithia dicitur, siluis et fluminibus circũsepta quinquaginta miliariũ lõgitudine/cuiꝰ gentes ꝓcerę et pulchrę staturę, agrestes tamẽ moribusq; inculti Matrimonia plura celebrãt et absq; sanguinis respectu, patre mortuo filiꝰ nouercã/fratre frater glotẽ in vxorẽ accipit Aes nullũ hñt humiliter ędificãt, ex limo culmoq; tuguria incarinarũ aut galearũ formã, in quorũ culminibus fenestrã vnam fatiunt tam patentẽ vt toti ędifitio lucẽ supne prębeat. Focus perpetuꝰ in singulis vnꝰ /circa quẽ familia vniuersa sedẽs nõ solũ vt cibos coquat verumetiã vt frigꝰ, quo ꝓ maiori anni parte terra hęc congelata constrictaq; iacet, propellat.

DE MOSCOVIA

